BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
16 - F
[illegible]9
D-N-22

5. C. 14.

D·IACOBI LEBETII
LAVEZOLII FERRARIENSIS,
CANONICI REGVLARIS
DIVI AVGVSTINI,

Familiæ D. Seruatoris

De habitu Canonico libri duo.

Ad ALOYSIVM Eſtenſem S. R. E.
Cardinalem ampliſsimum.

SIVE

ALOYSIVS prior, &
ALOYSIVS poſterior.



FERRARIAE, Excudebat Victorius Baldinus
Typographus Ducalis. M. D. LXXXV.

DE HABITV CANONICO.

LIBER PRIOR.

SVPERIORIBVS *Annis Aloyſi Cardinalis ampliſsime prodefenſor optime, animum ferè ad ſcribendum de ordine Canonico appuleram, eo videlicet tempore, cùm quaſi fatali quodam inſtinctu Dÿs, hominibúsq; conſpirantibus, atq; iuuantibus canonica Reſpub. noſtra, & Apoſtolica in ea diſciplina ad ſummum quoddam perfectionis, felicitatisq; ſuæ culmen conſcendiſſe, ſtatúmq; adepta eſſe videbatur eum, quem à prima redintegrationis ſuæ origi-*

ne nec conſecuta ... nſequi poterat omnino, nimirùm ratio... ... quæ humanis in rebus nihil prorſus in... ... perfectum eſſe perhibetur: tunc e... ... n ſanctam Dei Domum perturbabat, ... ſchiſma ſub trium Pontificum eodem fere ... e B. Petri ſedem deinceps occupātium, infauſto ... d ſeptuaginta propè annos perſeuerante dominatu: tametſi ipſius Reipub. noſtræ initia præclara illa quidem, ac maiora aliquantò, nec non alijs eiuſmodi religioſis, & Canonicis familijs (bona illarum venia quod perſpicuum eſt dixerim) nobiliora extitêre, eorum nempe iudicio, qui ea interius tractauêre, ac perſcrutati ſunt. Porrò treis in libros totam eam ſcriptionem digerere in animo habebam, expoſitò ſatis apertè, ac luculenter, (vt putaram) quæ prima fuerit Canonici ordinis, Canonicorúmq; ipſorum inſtitutio, ac ordinatio; & qui potiſsimùm authores, atq; rectores; quæ leges, & inſtituta; quæ conſuetudo; qui habitus ipſe, ac veſtes; qui victus; quæ officia; qui mores; quæ nomina, & cognomina; quæ ſtudia; qui cultus; quæ profeſsio; quæ habitatio; quæ denique ad eorum vitam, ſtatùmq; omnem pertinere viderentur omnia. Verùm illud fortè

contigit, vt nos, dùm tàm pulchro, atq; laudato operi toto (vt aiunt) pectore incumbimus, & extremam imponere manum ſatagimus, Cardinalis FRANCISCVS *Gonzaga totius Ordinis noſtri tunc Defenſorem agens, vir ſine controuerſia optimis moribus, & vita propémodum inculpata, & cui ego ipſe omnibus ijs de cauſis tùm familiaritate, amoréq; incredibili, tùm ſumma obſeruantia, & veneratione iunctus eram, me per litteras adhortatur, ac denique (vt poterat) iubet, vt intermiſsis, aut etiam omiſsis interim libris, quos de Canonica ratione iampridem conſcribendo præ manibus, (vt acceperat) haberem, ſtylum ad peculiarem locum illum, qui de habitu, ac veſtibus duntaxat eſſet, conuerterem, & quanto maximo poſſem ſtudio, ac diligentia opus perſequerer, quoad confectum librum vnum, vel etiam plures, ſi ita ad eam rem commodius mihi videretur, Romam ad ſe quamprimum tranſmiſſos curarem: addebat enim ſcribendo, eam ſe ſe tunc ferre occaſionem, vt maximo toto ordini noſtro vſui in ipſo præcedentiæ negotio, quod tunc Iudicibus ſub manibus erat, ad cauſam vel citius, vel facilius ex animi ſententia expediendam, quæſtionémq; eam cum aduerſa-*

rijs dirimendam fore; id quod à me factum eſt. Nam qui in optatis meis antiquius nihil haberem, quàm vt illius morem gererem voluntati, vel nihil magis ſtuderem, quàm vt ordini meo, quo poſſem cumq; modo opitularer, atq; prodeſſem, tantum demandato operi laboris, & operæ adhibui, tantum vigiliarum inſumpſi, vt paucos infra dies, quàm Cardinalis edixerat, hoc totum de habitu argumentum, quod certa ratione libris duobus explicandum duximus, abſolutum ille acceperit: quibus tamen in libris non de habitu ſolùm, verùm etiam de rebus alijs omnibus ad Canonicorum ſtatum omnem pertinentibus nonnihil commemorandum nobis fuit, idq; duabus præſertim de cauſis, primùm quidem, quòd ad rem totam habitus explicandam, percipiendámq; neceſſariò ea attingenda, atque in medium proferenda viſa ſunt, vt faciliora intellectu redderentur omnia, quæ in ijs libris continerentur; ita ſanè, vt nihil iam ſit, quod ipſe quoque, dum hos ipſos de habitu perlegeris libros, tres illos de ordine vniuerſo haud magnopere tibi deſiderandos, ac requirendos putes: quod ipſum vtrùm conſecutus ſim, in tuo perſpicaci admodum iudicio, nec non aliorum omnium, qui facultatem eam pro-

ſiten-

ſitentur, & animi pariter candorem ſibi induerunt, repoſitum velim: Deinde verò, quòd ex ijs, quæ non ita multò anteà Romæ ipſe videram, atq; audieram, quaſi animo diuinaram, non modò de habitu (quòd ea deciſa iam, & profligata quæſtio videretur) tractandum, ſed omnibus alijs de rebus ad totius ordinis Canonici cauſam ſpectantibus acrius diſceptandum fore. Sed ò labor irrite, ò diligentia caſſa, ò ſtudium inane noſtrum omnino, aut certè parum admodum fauſtum, fortunatùmque, quando paucis quidem poſt diebus quàm Gonzagæ repetenti volumen miſſum eſt, (prò dolor) Pius Pontifex, etſi ſuo fortaſsis, noſtro certè quidem alienisſimo, & inauſpicatiſsimo tempore, repentino propè interitu nobis eripitur: nec vno hoc in nobis omnibus vulnere contenta fortuna, poſtmodum ſiccis nec dum à Pontificis funere genis, ſed rigantibus adhuc per mærentia ora lacrymis, in Patrum purpuratorum concilio, dum de Pontifice ex more ſubrogando ritè deliberatur, Franciſcus quoq; ipſe defenſor, nobis hanc tantam, & talem iacturam minime ſperantibus, bonis omnibus, atq; inexhauſtis cœli diuitijs adaugendus, cùm primum adoleſcentiæ ſuæ florem vix dum attingeret, vitam cum

morte, quid autem vitam cum morte dicam? quin potius mortem cum vita, & vera cum vita commutauit, ſpiritu in Domini, Deiq; ſui, vnde eum acceperat, beatiſſimas manus tradito, & ſumma cum animi pietate, atque fiducia commendato. Quid de alijs Aloyſi amabiliſſime Pater, hoc in loco proferam, neſcio profectò; de me certè illud ſilentio præterire nullo pacto poſſum, acerbum tanti viri caſum tanto cum animi mei dolore, cruciatúq; excepiſſe, quantum ne mente quidem concipere, ne ue lingua explicare quiſquam mortalium potuit omnino: vel potius quanto fermè cum tripudio, atq; triumpho (ſiquidem terrenis minimis cæleſtia maxima componere fas eſt) beata illius anima corporis vinculis, & carcere abſoluta per ſupernos IESV CHRISTI nuntios diuinis interim hymnis Magni Gonzagæ virtutes, & merita proſequentes, in ſublime veri, ſempiterniq; Iouis templum ſplendidiſſimum Empyrium ad perpetuas æternitates repoſita eſt, & collocata. Nobis igitur duabus hiſce, quaſi præcipuis effractis, atq; deiectis columnis, & cordibus in pectore de cælo tactis, conſternatiſq; ſubitò fragore animis, res noſtra pariter concidiſſe viſa eſt, & conflagraſſe: alter ſiquidem,

Pon-

Pontifex inquam, iam pridem cùm ad ordinem Canonicum vniuerſum cohoneſtandum, amplificandúmq;, tùm ad noſtrum præcipuè adaugendum impenſius animum appulerat: alter verò cùm Defenſor ordinis eſſet acerrimus, & Pontificis affinitate, ac fauore clareſceret; nec minus incredibili animi bonitate charior omnibus, atq; optimis quibuſque chariſsimus; deniq; ſumma in vniuerſum ordinem authoritate ſibi, poſtulantibus nobis omnibus à Pontifice attributa, non ex officio ſolùm contutando, defenſandóq;, ſed etiam quibuſcunq; rebus, ac modis valeret potioribus in eo ordinando, conſtituendo, ornandóq; omnem mentem, cogitationem, ſtudium, curam, atque operam iam inde à ſuſcepto Defenſionis initio defixerat, & collocauerat. Nunc itaq; tanta nobis collapſa ſpe, & animorum iuſtiſsima ceſſante fiducia, habitus quoque cauſa, cuius gratià hoc omne ſcribendi onus ſuſceptum fuerat, protinus intermiſſa eſt; Et quam auram vniuerſa Romana Curia, & eiuſdem proceres, atq; etiam ampliſsimi quiq; ordines afflarant, & cùm propter cauſæ ipſius perſpicuam bonitatem, quámq; fauore digniſsimam, tùm propter ordinis in Eccleſia Dei ſancta præcipui, & nobilioris ſtatu-

ram acceſsionem commouerãt, ea de repente qua-
ſi aduerſo turbine quodam repreſſa, hactenus viſa
eſt conquieuiſſe. Hoc verò in loco illud non obiter
addiderim inter eos, quos modò ſignificabam, cau-
ſæ noſtræ patronos, fautorésq; potentiſsimos primum
quidem, ac præcipuum extitiſſe Patruum tuum
Hippolytum Eſtenſem, quem honoris cauſa nomi-
no, Cardinalem & ipſum ampliſsimum, ac virum
ſummum, & (vt vnico verbo dicam) ad Pontifi-
cum Max. ſacrorúmq; Regum, & religioſorum
virorum, nec non ſanctorum Clauſtrorum ſtatum,
dignitatem, libertatémq; contutandam, amplifi-
candam, ornandámq; natum, ac natura propemo-
dum formatum, comparatúmq;, de quo nos quon-
dam iuuenes admodum in Eclogis noſtris Meleum
paſtorem hunc in modum canentem induximus.

Sol age perpetuò lucem mortalibus almam,
Atque dies iuueni cœlo ſic perge ſerenos
Eſtenſi præferre, viam facilémq; parare,
Dum ſummo ad meritũ paſtore vocatus honorem,
Cardineóſq; apices, & ad Oſtri inſignia clari,
E patria nuper digreſſus mœnibus vrbis,
Quam tenet imperio, placidáq; in pace gubernat.

Alcides frater, ſoboles gratiſsima Diuis,
Ille Apenninos ſuperet ſelicibus altam
Auſpicijs molem, Italiæ diſcrimina longa,
Et tandem euadat Romanam victor ad arcem:

Et cætera, quæ in eo loco Paſtor inter canendum ad finem vſque commemorat.

Hunc ego memini, cùm eſſem quondam Romæ in cubiculo cum illo Gonzaga, ipſo interim præſente, atq; audiente me acriter percontari: Et qui nam, obſecro vos, in redintegrando ordine veſtro Canonico, ordine nimirum in Eccleſia Apoſtolica præcipuo, ac nobiliſsimo, fuère tandem Patres iſti, tanta rerum, quas tractarent, ignoratione (vt ita dixerim) perfuſi, vt in re tàm perſpicua, & manifeſta tam graue erratum admiſerint, vt lino lanam com miſcere, & Rochetto clericali indumento cucullam monaſticam ſuperinduere non dubitarint. cui ego cùm breuiter pro loco, & tempore reſpondere͂, (nam commotus ille non mediocriter mihi viſus eſt) et ut poteram, ſatisfacerem; viros illos probos quidẽ, aiebam, & religionis reſtituendæ haud imperitos oĩno, atque adeo percupidos habitos eſſe, ſed eodem tâ-

men in opere, quod tunc agerent, ac molirentur, cùm in Duces non ſatis idoneos, & abſolutos incidiſſent, ſatis habuiſſe, ſi Canonicum ordinem, qui vndiq; iam conclamatus eſſe videretur, non ad amuſim tunc reſtituendum, ſed vt cumq; pro tempore reſtitutum, & remedijs potioribus reparatum in earum procellarum, tempeſtatúmq; iactatione perpetua curarent, ea nempe allecti ſpe, fore, vt ſecuta aliquando, quæ interim à bonis omnibus ſperabatur, tranquillitate, & in portum tandem aliquando ſalua, atq; integra delata magni Petri gubernantis nauicula, inchoato fatali quodammodo neceſſitate operi extremam illi poſtmodum, commodiore aſpirante fortuna, manum imponerent, perfectúmq; omni ex parte, & abſolutũ negotium ſuum redderent. Quin igitur ſuſcipiens, ait ille, non ita multò poſt compoſitis Martino quinto Eccleſiæ rebus, & temporis toties oblata opportunitate, honeſtum verò, ac neceſſarium eorum propoſitum non exegêre. Ego verò inquam, ſæpe illi quidem, quod in animo ſuo conſtituerant, ſæpius item, qui eorum in locum deinceps miniſtri ſucceſsêre, atq; prælati; quinimò nos ipſimet haud minus ſæpe hactenus conati ſumus, ſed modo neſcio quo, in ipſo propè tem-

poris

poris articulo aduerſum ſemper aſtrum (ſi ita modò fari fas eſt) experti ſumus, quod conatibus oĩum noſtris viſum eſt, è cælo mirandum in modum obſtitiſſe, interceſſiſſéq;, quod idem nunc tandem benignè vndiq; nobis apparente cælo, facilè ſuperaturos ſperamus, optamúsq;. Atenim ſi diuinare id temporis hanc noſtram, quã de antea meminimus, præſentem, atq; vtinam extremam iam fortunam, aut potius calamitatem licuiſſet, quas illi, oro, lacrymas viro pro incredibili ipſius pietate, & præſertim deſiderio affinis Gonzagæ, & eiuſdem æque, vt filij chariſsimi fortè exciuiſſem? aut ſi præſens apud eundem infortunium noſtrum, vti par fuerat, deplorare laceſſente dolore, in animum induxiſſem meum? quid putas Principi humaniſſimo, & naturæ benignitate inprimis dotato, & ornato mentis in res noſtras extitiſſe? an non ex vno hoc ipſo tàm acerbo, támq; inſperato, alios omnes præteritos caſus noſtros perfacilè excuſauiſſe, & patres noſtros indemnatos calculo ſuo abſoluendo, protinus iudicaſſe? ſed rúrſum, quam illum animo conſolationem, ac voluptatem ſuſcepturum fuiſſe credas, ſi eidem (quod hoc quidem tempore ſperamus, ac propè oculis ipſi noſtris cernimus) prædixiſſemus, futu-

rum propediem, vt ita omnino aſtrorum, atq; vniuerſæ naturæ Domino Deo indefinito, ac ſtabili eius conſilio, & infallibili prouidentia conſtituente, vt noſtra huius congregationis in priſtinã, integrã, ac debitam dignitatem, ſtatúmq; proprium, ac naturalem reſtitutæ; id verò eſt ab Apoſtolis ipſis ſumma ſapientia, & auctoritate inſtitutum, ac traditũ, nec non à ſucceſſoribus viris optimis, & ſpiritu diuino afflatis ſæpius deinceps confirmatum, opera, et gloria omnis in Aloyſium nepotem incideret, quo nimirum tempore is ad eiuſdem familiæ defenſionẽ acceſſiſſet, & decus omne vni ſoli ſecundum Deum Opt. Max. acceptum referret, & latè tota in Italia prædicaret, efferrétq; Canonicus Seruatoris cœtus vniuerſus? quod ipſum aliquantò poſt re ipſa conſequeretur, cùm ipſe caduci corporis depoſitis ad tempus impedimentis, immortalem Deo ſpiritum, qui fecit illum, felici tranſitu reddidiſſet. Verùm ecquis tandem dolori modus erit Aloyſi ſuauiſsime atque optime, alterum Eſtenſis familiæ decus, niſi in virtutem, auctoritatem, ſapientiam, & quæ omnia vincit charitatem tuam, omnis noſter prorſus deponatur oblatus mœror, & diffidentia, atque in tuo fortunatiſsimo, ac diuino propè nomine omnis

ſpes noſtra, atq; fiducia, poſt tot, tantáſq; (vt ita di xerim) clades, repullulet, ac reuiuiſcat? ita vt verè ea de te iure noſtro vſurpare, ac decantare poſſe videamur.

Hic vir hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis,
Unus qui nobis peragendo reſtituit rem.

Quod vtiq; nobis ex eo vel maximè ſperandum habemus, quod ſicuti Patrui illius tui Hippolyti, cuius preclariſsimum nomen me ſæpius repetiſſe iuuabit, virtutis, dignitatis, officiorum, gloriæ, ac fortunarũ ferè oĩum, poſt illa, quæ tua bona propria ſunt, hæredem te potimur, ita animi illius egregiam propenſionem, affectúmq; verò paternum in nos, ordinémq; noſtrũ ab eodem ex humanis excedente hauſiſſe, & in nos transfudiſſe mirandum in modũ gaudemus, & quaſi eximium quoddam, ac ſingulare beneficium nobis cùm oẽs quidem gratulamur, tùm ego in primis, qui te à prima ferè pueritia amare inſtitui, & ad hanc vſq; ætatẽ tuam tanq̃ patronum, fautorem, defenſorem, ac benefactorem meum præcipuũ excolui, & Deum Opt. Max. pro tua ſalute ac felicitate, quod vnum maximè potui, ac debui, continenter exoraui, atque eo quidem cum animi

ardore, ac pietate oraui, vt (quæ illius fuit benignitas ſingularis) non ſemel exoraſſe, et, quæ tui cauſa vota nuncupaui, eorum me compotem euaſiſſe re ipſa expertus ſim, atq; perſoluerim; ac propterea ingentes ſummo illi bono gratias egerim pro ſi non omnibus illi nobis tua cauſa, pro pluribus certè quidem, & ijs plurimi momenti adhibitis, adeptisq; poſtulatis. Nam etſi integram omnino nec dum conſecutus es corporis ſanitatem, quam Deum opportunè daturum facilè ſperamus, permagnam tamen in eo conſolationem capimus non ego ſolus, & qui mecum eſt nominis tui cultor ardentiſs. atque ideo filius meus in Domino chariſs. Auguſtinus Iſnardus; ſed & omnes, qui benè tibi percupiunt, & vitam expetunt tuam, quòd aduerſa in valetudine tua, crebrisq; afflictionibus, ac doloribus tuis æquè admodum perferendis, animi tui conſtãtiam, virtutémq; quaſi alterius ſtoici Zenonis, aut potius viri Deo dilecti, ac dediti cum tua ſumma laude plurimùm obſeruant, & admirantur. Verùm enimuerò illud hoc loco mihi in mentem venire ſolet, ne mediocriter quidem mirari, quod ex patribus noſtris tàm multis, tàmq; vel ordinis vniuerſi, vel priuati honoris ſtudioſis, ac ſumma auctoritate

ſub-

ſubnixis, quiq; beneuolentia, & gratia apud Principes, & Canonicos ſuos eouſque pollerent, vt difficillima quæque aggredi auſi ſint, & aggreßi compotes votorum ſuorum facilè euadere potuère, in tàm prolixo, inauſpicatóq; ſilẽtio, ſomno ne dicam, quod anno abhinc quartodecimò (ſi rectè memini) continenter actum eſt, adhuc extiterit nemo, qui dormientem exciuerit ordinem, déq; illo in integrum reſtituendo ne cogitarit quidem. Verumtamen ego equidem illos neutiquam vel negligentiæ, vel ſocordiæ, vel imperitiæ arguerim, viros alioqui (vt ſuperius quoque ſignificauimus) graues, & virtute conſpicuos: Sed illud potius vel iureiurando affirmarim, eoſdem non tàm ſua ipſorum voluntate, ac iudicio, quàm diuinæ prouidentiæ inſtinctu, & conſilio in hunc vſque diem mirabiliter conticuiſſe, aut obdormiuiſſe potius. At quamobrem (dixerit quiſpiam) Deorum nutu, & imperio hoc tantum in re tàm graui, tàm honeſta, támq; laudata incommodum contigit, ac detrimentum, à quibus nihil omnino, niſi bonum proficiſci ſoleret? Dicam profectò, ſed bona tamen tua venia dicam, qui non libenter admodum (quæ bonitas tua, & incredibilis modeſtia eſt) laudes tuas, quòq; maiores, ac verio-

res, hoc illibentius audire ſolitus es. Dicam igitur quod ipſe ſentio, & ut re uera ſentio, nempe hactenus ea retardata res eſt, ut tibi, tibi inquam ſapientiſs. Aloyſi deferetur, cui potiſsimùm Deus ipſe O. M. illam repetendam reſtituendámq; reſeruaſſet, ſcilicet ad uirtutem tuã, amorémq; erga nos, ordinémq; noſtrum uniuerſum impenſius declarandum conteſtandúmq;: ea .n. ſapientia præditus, hísq; humanis præſidijs inſtructus, eam deniq; fortunam comitem aſſecutus es, ut paulo momento, ſi huc modò animum intenderis tuum, hanc quaſi (quemadmodum diximus) diuinitus creditam tibi, demandatámq; prouinciam & facilè ſuſcipere, & ſuſceptam feliciter tranſigere queas, atq; conficere. Adde nunc, ſi libet, (id autem quod non libeat, quod & virtuti tuæ maximè cõgruerat, & animis omnium noſtrum exoptandum, atque à Deo immortali exorandum precibus quàm plurimis fuerat) quòd nobiliſsimum, ſapientiſsimúmq; virũ non modò apud Gregorium Patrem beatiſs. atq; ſanctiſs. nec minus apud ſummos quoſq; potentatus maximè gratioſum, licet nunc certa ratione, aut neceſsitate potius abſentẽ Ieſualdum honoris, gratificandiq; tui gratia nominatum Cardinalem ampliſs. atq; opt.

id eſt autem non tàm dignitatis, laudis, & gloriæ collegam concordiſs. quàm protegendi munere authorem, & ducem, Dijs, hoībúsq; approbantibus, quo res lepidius tibi, feliciúsq; ſub manibus cedat, nactus es. Nam aſpectus tantummodò ipſe veſter, ac præſentia medius fidius rem ipſam conficiat, con ſumétq;, vt iure optimo illud nobis cũ Comico uſurpandum ſit, Dictum, ac factum puta. Hæc autem maior tibi laus fuerit, quàm ſi dum res propitijs nu minibus agebatur, & auris admodum ſecũdis claſ-ſis noſtra vtebatur, ipſe tutando acceſsiſſes, illa tùm nimirum ſponte ſua impulſa, & tranquilla maria lętabunda ſuperante, ſi eandem ipſe obliuione homi num penè abrutam, tantúmq; non ſepultam volente, quin etiam iubente Deo, præter hominum ſpem, iam nunc ad ſuperos, lucémq; eò iucundiorem, quò tardiorem ope tua præſenti reuocare animo conſtitueriş tuo: nos autem ſuperi, ac magni Seruatoris præcipui, perpetuiq; cultores, ac miniſtri non intermiſsi vnq̃ à prima noſtra origine, quaſi poſtliminio noſtrum quod propriũ, ac naturale eſt, retineamus, alienũ, quod ignoranter oblatum, ignorantes accepimus, atq; adhuc quaſi inuiti prætẽdimus, dum patronum quempiam idoneum, ac præpotentem ſortiti

in proprietatem naturalē vendicaremur, ſuis veris ac legitimis dominis iure, & libentiſsimè, (vt par eſt) dimittamus: & multò hercle honeſtius, iuſtius, atq; libentius reſtitutum, quàm receptum prorſus dimittamus, quemadmodum alij ferè eiuſdem ſortis homines nobis (vt ingenuè fateamur) vel prudentiores, vel certè recti, honeſtiq; amantiores, & ſuis in rebus promptiores, ac fortunatiores tempeſtiuius effecère, qui eodem iure, (vti anteà ſignificauimus, & poſt illa in diſputationis huius noſtræ progreſſu, ſi res tulerit, pluribus dicemus) nobiſcum principio, id eſt, monaſtico Scapulari vterentur. Age igitur amabiliſs. Pater, age prodefenſor optime; age, qui etiam nomen eiuſmodi geris, vt ſimul cum nomine ſalutem, & vitam gerere, & afferre cum mortalibus omnibus, qui opera tua vti velint: tùm nobis ipſis, qui omnem felicitatis noſtræ ſpem in te uno repoſitam, & collocatam habemus, videare. Nihil te iam retardet amplius, iam ſatis diu ſupérq; ceſſatum eſt nobis: Opus præclarum iam nunc aggredere, ad quod diuina te prouidentia (quod iterum, atque iterum nobis repetendum eſt) euocauit, illúdq; felici, fauſtóq; auſpicio, id verò eſt Dei Opt. Max. gratia fretus exordire, ac perfice:

hæc tua propria, & ſolida ſit in noſtrum, noſtrarúmq́; rerũ defenſione gloria, qua haud ſcio, an vllam vnquàm, etiam ſi Neſtoris annos viuendo ſuperâris, maiorem tu tibi, illuſtriorémq́; aliunde parare poſsis, aut ſperare, niſi ſi ſuprema illa maieſtas, atque ſempiterna diuinitas, quæ vniuerſitatem hanc omnem ineffabili prouidentia ſua gubernat, & moderatur, ad humanarum ſimul, et diuinarum, nec non infernarum rerum curam te, & adminiſtrationem, Dijs, hominibúsq́; volentibus, euehat, atq́; Principem nobis aſciſcat: quod ipſum faxit, oro, & obſecro, eadem ipſa diuina poteſtas, vt cùm ego ipſe, qui tuum ſalutiferum nomen ſuſpicio, & veneror, tùm cæteri omnes noſtri ordinis homines partem à te gloriæ tuæ auferentes, beati in terris nominemur, ac ſimus. Hanc autem tàm præclaram laudem, & te ipſo, hoc eſt, ſapientia tua verè dignam gloriam, nempe tibi vni potiſsimùm debitam, & à Dijs immortalibus prædeſtinatam, reſeruatámq́; per nos, ſi perfeceris, (quod iure optimo ſperamus, atque optamus quàm maximè) immortalitati conſecratam iri ſpondemus, ac repromittimus: aut certè dùm noſtra hæc Deo benè iuuante extabit Seruatoris familia, & clauſtrale di-

uina-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMAN.

in proprietatem naturalē vendicaremur, ſuis veris ac legitimis dominis iure, & libentiſsimè, (vt par eſt) dimittamus: & multò hercle honeſtius, iuſtius, atq; libentius reſtitutum, quàm receptum prorſus dimittamus, quemadmodum alij ferè eiuſdem ſortis homines nobis (vt ingenuè fateamur) vel prudentiores, vel certè recti, honeſtiq; amantiores, & ſuis in rebus promptiores, ac fortunatiores tempeſtiuius effecère, qui eodem iure, (vti anteà ſignificauimus, & poſt illa in diſputationis huius noſtræ progreſſu, ſi res tulerit, pluribus dicemus) nobiſcum principio, id eſt, monaſtico Scapulari vterentur. Age igitur amabiliſs. Pater, age prodefenſor optime; age, qui etiam nomen eiuſmodi geris, vt ſimul cum nomine ſalutem, & vitam gerere, & afferre cum mortalibus omnibus, qui opera tua vti velint: tùm nobis ipſis, qui omnem felicitatis noſtræ ſpem in te uno repoſitam, & collocatam habemus, videare. Nihil te iam retardet amplius, iam ſatis diu ſupérq; ceſſatum eſt nobis: Opus præclarum iam nunc aggredere, ad quod diuina te prouidentia (quod iterum, atque iterum nobis repetendum eſt) euocauit, illúdq; felici, fauſtóq; auſpicio, id verò eſt Dei Opt. Max. gratia fretus exordire, ac perfice:

hæc

hæc tua propria, & ſolida ſit in noſtrum, noſtrarúmq; rerũ defenſione gloria, qua haud ſcio, an vllam vnquàm, etiam ſi Neſtoris annos viuendo ſuperâris, maiorem tu tibi, illuſtriorémq; aliunde parare poſsis, aut ſperare, niſi ſi ſuprema illa maieſtas, atque ſempiterna diuinitas, quæ vniuerſitatem hanc omnem ineffabili prouidentia ſua gubernat, & moderatur, ad humanarum ſimul, et diuinarum, nec non infernarum rerum curam te, & adminiſtrationem, Dijs, hominibúsq; volentibus, euehat, atq; Principem nobis aſciſcat: quod ipſum faxit, oro, & obſecro, eadem ipſa diuina poteſtas, vt cùm ego ipſe, qui tuum ſalutiferum nomen ſuſpicio, & veneror, tùm cæteri omnes noſtri ordinis homines partem à te gloriæ tuæ auferentes, beati in terris nominemur, ac ſimus. Hanc autem tàm præclaram laudem, & te ipſo, hoc eſt, ſapientia tua verè dignam gloriam, nempe tibi vni potiſsimùm debitam, & à Dijs immortalibus prædeſtinatam, reſeruatámq; per nos, ſi perfeceris, (quod iure optimo ſperamus, atque optamus quàm maximè) immortalitati conſecratam iri ſpondemus, ac repromittimus: aut certè dùm noſtra hæc Deo benè iuuante extabit Seruatoris familia, & clauſtrale di-

uina-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO E.

uinarum rerum ſtudium, ac regularis diſciplina, Aloyſius Cardinalis Eſtenſis in ore hominum noſtrorum omnium exultantium volitabit ſemper, ſi Rempub. inquam, noſtram, atq; tuã in priſtinam, germanámq; integritatem ſuam, ſtatúmq;, vnde nolens, neſciénsq; obducta eſt, reponendã tibi nunc demum exiſtimaueris. Et ſanè quidem, ſi dignitatem, ſi amplitudinem, ſi authoritatem, ſi ſapientiã iſtam tuam ex vna, ſi deniq; Ieſualdum ipſum omnium virtutum genere exornatum ex parte altera animo intueamur, & quod per Deum immortalem ſeſe in rebus offerat quantumuis graue, quantumuis difficile negotium, quod non per quàm leue, pérq; quàm facile vobis, ac nullo ferè negotio confectum reddatis, & expolitum? Quid igitur hoc de noſtro dicendum? cuius planè non multum difficultatis, et curæ, ſed plurimum etiam iucunditatis habet tractatio, atque confectio? Nam etſi præclarum illud quidem, & conſequenti ex ratione (ne quid interim diſsimulare velimus, quod ſcimus) laboris, ac difficultatis plenum ſit, propterea quòd præclarum quicquid operis in natura rerum eſt, idem difficile quoque exiſtat neceſſe ſit, (quam nimirum rationem ſæpius diuino Platoni in libris ſuis diſputan-

do-

do vſurpatam videmus) omnis nihilominus rei labor, & difficultas eo ferè ſublata eſt tempore, cùm Reſpub. noſtra Diuorum, hominúmq; omnium fauore agi videbatur: Patres .n. noſtri viri ſapientes, & gubernandæ Reipub. arte magiſtri binis ante, & tunc ternis ritè Bononiæ in noſtro D. Seruatoris conuentu (quod ordinis caput eſt) habitis comitijs (generalia quæ vocamus) cùm annus à Seruatore nato quingenteſimus, ſexageſimus ſextus ſupra milleſimũ ageretur, Primo totius ordinis Patre Auguſtino Agnello Mantuano quintùm, Cenſoribus verò deſignatis Iacobo Lebetio Lauezolio Ferrar. ſeptimùm, Seruatore Placentino, Alexandro Mario Griphonio Bonon. ambobus primùm, nec non Ambroſio Lanio ſubſtituto, vna atq; eadẽ admirabili oĩum ſuffragiorum collatione, cùm multis à me inferius exponẽdis, & explicandis rõnibus, tùm maximè Aquiſgranenſis ſynodi, generali decreto, cuius à me ſimiliter ſæpius è re nata in ſequẽtibus facienda mentio eſt, Cucullam tanq̃ ordini Canonico alienum habitũ, repugnantémq;, reſeruata tantũmodo in nos Pontificis Max. laudatione, decreto ẽt, quod publicis literarum monumentis mandatum eſt, ijſdem in comitijs formato, abrogatã no-

bis,

bis, ademptámq; curarunt: ita vt tibi noſtræ ſpei princeps, & pater, laudationis duntaxat à ſummo illo Patre auferendæ, quod leuioris vtique fuerat negotij, curam, operámq; reliquam feciſſe videretur: idq; (vt antea quoque ſignificatum voluimus) ad diuini, atq; veri numinis honorem, & gloriam, ad aliquod ſancti Canonici cœtus huius, ne leue id quidem, néue alienum, ſed quàm maximè illi debitum, quo anteà, neſcio quónam fato, fuerat defrau datum, incrementum, & ad ſui ipſius Apoſtolici ordinis rationem conſtituẽdam, conſtabiliendámq;: nec minus ad placidiſs. nomen tuum celebrè in primis apud ſe ipſam reddendum, & in omnem poſteritatem exornandum, excolẽdúmq;: quod ipſum non ab re nobis omnibus, non tàm ex virtute tua admirabili, quàm ex ipſius diuini propè, ac uenera bilis cognominis tui ſignificatione, quaſi bono quodam, ac fælici omine, ſperandum eſt omnino. Ecquid enim aliud tandem Eſtenſis (quod ſæpius meminiſſe iuuabit) inclamando ſonare, ac repromittere uidetur, quàm quòd non ipſi ſolùm, ſed omnes omnino mortales uotis omnibus appetunt, & ad quod uias omnes affectant ſuas, nempe ſalutem, uitam, immortalitatem? ut uidelicet operis dilatio

ipſa

ipſa, & tarditas (quod anteà quoque attigimus) non tàm Patrum noſtrorum, virorum perſpicaciſſimorum, incuriæ, ac negligentiæ, quàm ipſius Dei Opt. Max. prouidentiæ, nec non virtuti tuæ, & gloriæ aſcribenda ſit. Nunc verò quoniam magnanimitati tuæ, ſimul ac beneuolentiæ confidimus, ac perſuaſum nobis maximè habeamus fore, vt honeſtiſsimam, ac præclariſsimam tibi à nobis propoſitam, & commendatam prouinciam ex animo ſuſcipere, atque peragere non minus velis, ac poſsis, cauſamq; nobis felici propediem, ac ſtabili fine confectam, ac pro voto, & iure noſtro tradas expeditam. Propterea ad rem iam propius accedamus, ſi primùm id agemus, vt elocutionis rationem paucis afferamus: nam verborum nitorem, & orationis elegantiam à me fortaſſe hic deſideres Princeps ampliſs. ipſe omni nimirùm ex parte elegantia, & nitore conſpicuus; ſed illud ſcias peruelim, conſilium meum his in libris conſcribendis fuiſſe, vt res noſtra eiuſmodi cùm fuerit, vt perſpicuis magis, & apertis, quàm exquiſitis, expolitisq; admodum verbis pertractanda videatur, quippe quæ ſuapte natura eo contenta ſit, vt (quemadmodum vir quidam non indoctus cecinit) tantummodò doceatur,

propterea non perpetuò me de verbis ſolicitum eſſe opportuiſſe. Illud itaque à te pro tua benignitate candoréque animi mirifico etiam, atque etiam petam, vt mihi de rebus ſanctam tangentibus Eccleſiam differenti id vitio ne dandum putaris, ſi verbis eo in genere ſimplicibus, & Canonicis legibus vſitatis, licèt latinis fortaſsè auribus non omnino arridentibus, cuiuſmodi illa ſunt, nempe, Superpellicium, Cuculla, Cotta, Floccus, Rocchettus, Scapulare, & id genus alia, tantiſper vtar, dum neceſſe habuero, vt diſputationem hanc noſtram ad oĩum, eorum præſertim, quorum magis intereſt, intelligentiam accõmodemus, quippe cùm multorum teſtimonio, & dictis, qui vario, ac diuerſo ſtylo, vt commodius ea res tulit, vſi ſunt, eſſet comprobanda. Verùm enimuerò quoniã Philoſophiæ præceptis nobis traditum eſt, illud natura comparatum eſſe, vt repugnantia quæ ſunt, nos facilius intelligentia conſequamur. ſiquidem illa viciſsim conferantur: propterea nobis Canonico de habitu agentibus, de Monaſtico ſimul dicendum viſum eſt oportere, ut uidelicet vtriuſq; vis, & natura percipi, atq; inter ſeſe diſcerni facilius ab oĩbus queat, ijs præſertim, qui ſua vllo modo intereſſe exiſtimarint; atq; ea potiſſi-

mùm expoſita ratione, utra utri uel conuenerit, uel diſcreparit veſtis, quàm facillimè, quámq; apertiſſimè videamus: Hæ .n. ſacris in Ordinibus duobus indumentorum genera duo ita natura ſeiuncta ac inuicem diſcreta (vt nobis ſæpius in librorum horum progreſſu dicendum fuerit) ita repugnare illa quidem perſpiciuntur, vt in ſubiecto ſimul vno, eodémq; ordine nullo pacto cōſiſtere poſſint. Sed iam me Canonico de habitu, vt initio ſignificaui, verba facientē libenti, attentóq; ad finem vſq; aīo auſcultes velim: ac multò magis quidē, vt ubi perlegeris, deinceps defenſionis noſtræ parteis, quas iam pridē tùm amanter, tùm fortiter agendas ſuſcepiſti, eas quamprimùm grauiore hac in arena, licet in præſentia (vt ſuperius prædiximus) meliore, atq; faciliore, peragas, & experiâre, tuúmq; ſimul atq; noſtrum ius in habitu tueare exoptem. Verùm antequàm rem ipſam aggrediamur, de proprio Canonici atq; Monaſtici Ordinis, ac naturali, eſſentialem quem uocant, habitu ſtatuendum, atq; vtriuſq; definitio, quo facilius uniuerſa inſtituta nobis diſputatio intelligatur, ponenda hoc loco videtur. Habitum itaq; naturalem ſiue eſſentialem Clericorum Canonicorúmue regulariū ſatis conſtat eſſe tunicā

Habitus Canonicus, & Monnaſticus: ac primùm Canonicus,

quod eſt Superpellicium, Cotta, & Rocchettus.

lineam, ſiue Superpellicium, ſiue Cottam, ſiue Rocchettum illam dixeris: Demonſtratur autem primùm Canonicorum inſtitutio, & canonici habitus natura authoritate diuina: nam de veſtibus eiuſmodi ſacris in diuinis veteris inſtrumenti oraculis ipſi Aaroni, & filijs ſacerdotibus comparandis hæc Deus Opt. Max. Moyſi præcepta tradit in libro Exodi his verbis. Cap. 28. *Et loqueris cunctis ſapientibus corde, quos repleui ſpiritu prudentiæ, vt faciant veſtes Aaroni, in quibus ſanctificans miniſtret mihi. Hæc autem erunt veſtimenta, quæ facient, Rationale, & Superhumerale, Tunicam, & Lineam ſtrictam, Cidarim, & Balteum: facient veſtimẽta ſancta fratri ſuo Aaroni, & filijs eius, vt ſacerdotio fungatur mihi, quorum etiam omnium forma latè ibidem, & factio explicatur. Et poſtmodum porrò filijs Aaronis tunicas lineas parabis, & Balteos, ac Tiâras in gloriam, & decorem, veſtiésq; his omnibus Aaronem fratrem tuum, & filios eius* Cap. 29. *cum eo. Rurſus autem Cap. proximo de ipſo Aarone, & filijs initiandis ritum præſcribens replicat de veſtimentis hunc in modum. Cùmq; (inquit) laueris patrem cum filijs ſuis aqua, indues Aaronem veſtimentis ſuis, id eſt Linea, et tunica ſuper-*

hume-

humerali, & Rationali, quod conſtringes balteo, & pones Tiâram in capite eius, & Laminam ſanctam ſuper Tiâram. Tum ita de filijs ſequitur: Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingésq; balteo, Aaronem ſcilicet, & liberos eius, & impones eis mitras, eruntq; ſacerdotes mihi religione perpetua. Iam verò eodem in libro, vbi veſtitum quoque ipſarum artifice Beſelede ex familia Iudæ, & ſocio Ooliabo, ex progenie Dani compoſito narratur, ſpeciatim ſic de tunicis lineis ſcriptum legimus. Fecerunt & tunicas byſsinas opere texili Aaroni, & filijs eius, & cætera deinceps ſuo ordine conficiuntur omnes. Deinde verò in Leuitico de Moyſe initiationē ex Dei mandato peragente ita dicitur. Statimq; obtulit Aaronem & filios eius: cúmq; lauiſſet eos, veſtiuit pontificem ſubucula linea, accingens eum balteo, & induens tunica hyacinthina: & cætera, quæ hoc in genere fuerant imperata, perſequitur. Tùm verò de filijs hoc modo ſubijcitur: Filios quoque eius oblatos conſecrauit, veſtiuitq; tunicis lineis, & cinxit balteis, impoſuitque mitras, vt iuſſerat Dominus. Præterea de efferendis Nadabo, et Abiunthe filijs Aaronis ſacerdotibus cœleſti igne conſumptis, pro-

Cap. 39.

Cap. 8.

pter-

quod eſt Superpellicium, Cotta, & Rocchettus.

lineam, ſiue Superpellicium, ſiue Cottam, ſiue Rocchettum illam dixeris. Demonſtratur autem primùm Canonicorum inſtitutio, & canonici habitus natura authoritate diuina: nam de veſtibus eiuſmodi ſacris in diuinis veteris inſtrumenti oraculis ipſi Aaroni, & filijs ſacerdotibus comparandis hæc Deus Opt. Max. Moyſi præcepta tradit in libro

Cap. 28.

Exodi his verbis. Et loqueris cunctis ſapientibus corde, quos repleui ſpiritu prudentiæ, vt faciant veſtes Aaroni, in quibus ſanctificans miniſtret mihi. Hæc autem erunt veſtimenta, quæ facient, Rationale, & Superhumerale, Tunicam, & Lineam ſtrictam, Cidarim, & Balteum: facient veſtimēta ſancta fratri ſuo Aaroni, & filijs eius, vt ſacerdotio fungatur mihi, quorum etiam omnium forma latè ibidem, & factio explicatur. Et poſtmodum porrò filijs Aaronis tunicas lineas parabis, & Balteos, ac Tiâras in gloriam, & decorem, veſtiésq; his omnibus Aaronem fratrem tuum, & filios eius

Cap. 29.

cum eo. Rurſus autem Cap. proximo de ipſo Aarone, & filijs initiandis ritum præſcribens replicat de veſtimentis hunc in modum. Cùmq; (inquit) laueris patrem cum filijs ſuis aqua, indues Aaronem veſtimentis ſuis, id eſt Linea, et tunica ſuper-

hume-

humerali, & Rationali, quod conſtringes balteo, & pones Tiâram in capite eius, & Laminam ſanctam ſuper Tiâram. Tum ita de filijs ſequitur: Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingésq; balteo, Aaronem ſcilicet, & liberos eius, & impones eis mitras, eruntq; ſacerdotes mihi religione perpetua. Iam verò eodem in libro, vbi veſtitum quoque ipſarum artifice Beſelede ex familia Iudæ, & ſocio Ooliabo, ex progenie Dani compoſito narratur, ſpeciatim ſic de tunicis lineis ſcriptum legimus. Fecerunt & tunicas byſsinas opere textili Aaroni, & filijs eius, & cætera deinceps ſuo ordine conficiuntur omnes. Deinde verò in Leuitico de Moyſe initiationẽ ex Dei mandato peragente ita dicitur. Statimq; obtulit Aaronem & filios eius: cúmq; lauiſſet eos, veſtiuit pontificem ſubucula linea, accingens eum balteo, & induens tunica hyacinthina: & cætera, quæ hoc in genere fuerant imperata, perſequitur. Tùm verò de filijs hoc modo ſubijcitur: Filios quoque eius oblatos conſecrauit, veſtiuitq; tunicis lineis, & cinxit balteis, impoſuitque mitras, vt iuſſerat Dominus. Præterea de efferendis Nadabo, et Abiunthe filijs Aaronis ſacerdotibus cœleſti igne conſumptis, pro-

Cap. 39.

Cap. 8.

pter-

pterea quòd thus, & alienum ignem Domino contra fas obtuliſſent, ſcribitur inferius. Confeſtim pergentes fratres tulerunt eos, ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt forâs, vt ſibi fuerat imperatum. Deniq; Cap. 16. initio ferè ipſe Aaron ſacra in ſanctuario intra velum pro ſanctuario tabernaculo teſtimonij altari, ſacerdotibus ipſis, et vniuerſo populo ritè expiandis facturus, veſtibus ſacris in primis indui iubetur his verbis. Tunica linea veſtietur; fœminalibus lineis verenda celabit; accingetur Zona linea; Cidarim lineam imponet capiti: hæc enim ueſtimēta ſunt ſancta, quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur. Item confirmatione Apoſtolica probatur Canonica inſtitutio: ſiquidem Apoſtoli ſimiliter tunicam lineam, id eſt, ſuperpellicium proprium, ac naturalem, ſiue eſſentialem Clericis attribuere habitum, aut potius à Deo per Moyſem iam olim (vt diximus) attributum confirmandum, retinendúmq; decreuêre: quod ex eo probatur, quia primus omnium Iacobus Apoſtolus, & frater Domini Hieroſolymorum antiſtes primus Collobium tunicam lineam in ueterum Leuitarum, ac Sacerdotum morem continenter induiſſe dicitur. Hic autem cum alibi ab Apoſtolis

Cap. 10. Cap. 16. Cap. 17.

Cōfirmatione Apoſtolica ꝓbatur.

Iacobus Apoſt & Chriſti frater Hieroſolymorū archiepſ primus, collobio continenter vſus.

ipſis,

ipſis, tùm verò à Petro potiſsimùm, Iacobo, & Ioanne Archiepiſcopus initiatus Anacleti Rom. Pont. ſententia perhibetur, quæ à Gratiano adducitur in Decreto, ubi de Archiepiſcopis promouendis agitur in hac uerba. Porrò & Hieroſolymitanus primus Archiepiſcopus beatus Iacobus, qui iuſtus dicebatur, & ſecundum carnem frater Domini nuncupatus eſt, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis eſt ordinatus. Et poſt hunc Marcum Euangeliſtam Alexandriæ eandem ueſtem geſtaſſe, & Canonicum Apoſtolorum inſtitutum excoluiſſe compertum admodum eſt. Nec minus idem oſtenditur ex perpetua, & legitimè præſcripta clericorum omnium conſuetudine, qui iam inde ab Apoſtolis ad hæc uſque tempora ſuperpellicijs tunicis lineis pro habitu utuntur. Siquidem ex uniuerſæ Eccleſiæ obſeruatione ab Apoſtolis Canonicorum inſtitutio, & habitus ſimul veniſſe ex eo declaratur, quod doctiſsimus, ſimul atque pientiſsimus Pater Auguſtinus ſcribit cùm multis in locis contra Donatiſtas in libris de Baptiſmo, tùm præſertim in ijs, ubi de antiqua uniuerſæ Eccleſiæ conſuetudine loquitur: Siquidem libro ſecundo, Quam (inquit) conſuetudinem credo ex Apoſtoli-

Gratian⁹ in decreto de Epiſcopis promo.

Marcus Euangel. Aleſſandrin. eps collobio continenter vſus.

Clericorũ oium cõmunis vſus perpetuus.

Aug. contra Donatiſtas.

ca traditione venientem, ſicut multa non inueniuntur in literis eorum, neque in Concilijs poſteriorum, & tamen quia per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita, & commendata creduntur. Item quarto: Et ſi quiſquam in hac re authoritatem diuinam quærat, quanquam, quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſsimè creditur; tamen veraciter conijcere poſſumus. Quintò quoque ſic ait: Sicut ſunt multa, quæ vniuerſa tenet Eccleſia, et ob hoc ab Apoſtolis præcepta benè creduntur, quanquam ſcripta non reperiantur. Idipſum tamen, videlicet Canonicorum regularium inſtitutionem ab Apoſtolis eſſe, multò etiam ſignificantius eruditiſsimus ſimul, & locupletiſsimus rerum Eccleſiaſticarum ſcriptor Iſidorus demonſtrat libro de Eccleſiaſticis officijs ſecundo Cap. 4. qui Clericos ab Apoſtolis in Eccleſia Nazaræorum loco introductos aſſerit, eam ferens rationem, vt dicat: Huius ergò exempli vſus ab Apoſtolis introductus eſt, vt ij, qui in diuinis vultibus mancipati Domino conſecrantur, quaſi Nazaræi, id eſt Sancti Dei crine præciſo innouentur. Cuius etiam Iſidori longa per

Iſidorus de Eccleſiaſ offic. li. 2. c. 4.

om-

omnes eccleſiaſticos ordines diſputatio in Aquiſgranenſi concilio initio refertur. Sin autem non ab Apoſtolis, quorum omnia arbitratu ordinata, omnia conſtituta ſunt, unde, obſecro clerici, ſiue preſbyteri, ſiue alio quocunque cenſeantur nomine, Canonici regulares? Vnde Canonicorum regularium habitus Superpellicium, ſiue Cotta, ſiue Rocchettus erunt omnino? Illud autem pro comperto habemus Apoſtolorum tempeſtate Canonicos eiuſmodi non ſolùm fuiſſe, ſed celebres etiam, atque illuſtres fuiſſe. Ecquis igitur tanta id temporis authoritate, & gratia, vt Canonicos inſtituerit, aut conformârit, ſi non conſtituerunt, conformarúntue Apoſtoli? Canonicos igitur generatim, atque vnà cum Canonicis habitum quoque Canonicum ab Apoſtolis extitiſſe, velis nolis, ſtatuamus neceſſe eſt. Probatur itidem Clericorum, ſiue Canonicorum habitus ex libro eo, quem pontificalem appellarunt ſacrarum ceremoniarũ præfecti: vbi in clerico faciendo Pontifex ipſe ante Deum precatur, vt benedicere dignetur illum, cui in ipſius nomine ſancto habitum ſanctæ religionis imponit, Superpellicium Clerico induit, hæc interim verba ſubiungens: Induat te Dominus nouum hominem. Eſt autem pontifica-

Pontificalis liber.

lis ſanctis patribus probatus admodum liber, quippe qui ab illis paſsim in ipſorum ſcriptis citatur, vt diſt. 38. Quando presbyteri. Ex concilio Toletano quarto his verbis: Quando presbyteri in parochijs ordinantur, libellum officialem à ſuo ſacerdote accipiant, vt ad Eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedant; vbi officialis liber alioqui appellatus videtur Hoſtienſis ſententia. Item ſignificantius ex Clementina 2. tit. 9. de iure iurando. cap. vnico. Romani Principes. §. Et ſubſequenter. vbi hæc ad uerbum habentur: Poſtq̃ idem Henricus conſecrationis, & coronationis ſuæ tempore aliud ijſdẽ Cardinalibus, quos ad imponendum ſibi huiuſmodi conſecrationis, & coronationis inſignia miſeramus ad vrbem, illud noſtro nomine recipientibus, iuramentum præſtitit corporale, quod in libro pontificali romano præſtandum pontifici per imperatorem coronationis ſuæ tempore cõtinetur, cuius tenor dignoſcitur eſſe talis: Ego Henricus Romanorum rex annuente Domino futurus imperator. Et reliqua in eo iuramento, vt in ipſo pontificali traduntur, comprehenſa. Quod facilius quoque intelligas per ea, quæ ibi in verbo pontificali adducit Ioannes Andraas, & ſcribit idem Hoſtienſis extra libro pri-

Clementina ſecũda de iure iuran.

Io. Andr. Hoſtienſis.

mo,

mo, titulo 18. De ſeruis non ordinandis. cap. conſuluit. Quo in loco ab Alexandro Pont. Rom. tertio ad illegitimam ad ſacros ordines probãdum ſpuriorum, ſeruorúmq; promotionem in reſponſione ad Turenenſem Archiepiſcopũ pontificalis ipſius verba, quibus ille fuerat cõſecratus, adducit. Conſultationi tuæ (inquit) taliter reſpondemus, quòd neque ſpurios, neque ſeruos ordinare debes; & ſi memor es, in conſecratione tibi dictum fuit. Vide ne quemlibet ſeruilis conditionis ad ordines promouere præſumas. Quo planè minimè vſus fuiſſet Pontifex argumẽto, niſi certam haberet liber ille authoritatem. Idem verò docet D. Auguſtinus, qui clericis ſuis inſtaurandis non habitum immutandum, ſed vitam, & mores, nec non precium in habitu corrigendum putauit. Nam libro 2. qui de vita communi clericorũ inſcribitur, & pars altera eſt regulæ ab eo presbyteris, ſeu canonicis ſuis traditæ, pro habitu canonico byrrum, & tunicam lineam duntaxat cõmemorauit. Nemo (ait) det byrrum, & tunicã lineam, niſi in commune: Nolo talia offerat ſanctitas ueſtra, quibus ego ſolus quaſi decentius vtar: offeratur mihi verbi gratia byrrum pretioſum, fortè decet epm, quamuis non deceat Auguſtinum?

Alexãder III Pont. Max.

Auguſtinus de vita cõmuni Clericorum.

Tale debeò habere, quale poßim, ſi non habuerit, fratri meo dare; quale poteſt habere presbyter, quale poteſt habere decenter diaconus, & ſubdiaconus. Et paulò inferius: *Fateor enim vobis (inquit) de precioſa veſte erubeſco, quia non decet hanc profeſsionem, non decet hanc admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos.* Idem quoque oſtenditur cùm omnium authoritate eorum, qui ab Auguſtino ipſo Canonicos clericos deinceps redintegrandos, ordinandóſq; curauêre, tùm verò imprimis Petri Rauennatis rectoris Portuenſis, qui à nonnullis imperitè Petrus Damianus putatur, qui longè alius, vt alio dicemus loco, fuit; is enim clericis ſuis Canonicis ibidem conſtitutis pro clericali habitu lineam cottam (vt vocant) tradidit conſtitutionum Cap. 21. his propemodùm verbis: *Habeant præter hæc ſinguli Canonici vnam, uel (ſi fieri poteſt) duas cottas lineas.* Deinde Vgonis Archiepiſcopi Nicoſienſis; is etenim nõ ita multò poſt Petrum canonicos in agro Piſano conformauit, conſtructo ibi diuo Auguſtino nuncupato monaſterio, quod ipſum iam pridem in congregationem noſtram receptum eſt, & ſcripſit canonicis ipſis conſtitutiones, quarum capite de veſtimentis ſuperpelli-

Petrꝰ Rauennas Portuẽſis

Petrꝰ Damianus alius à petro Portuenſi.

Vgo Archiepſ Nicoſienſis.

cium lineum, ſiue cottam illorum habitum eſſe declarauit; quod multò etiã explicatius dicitur cap. 11. ſecundæ partis reformatarum conſtitutionũ earundem, ita enim hic locus habet. Habemus etiã ſuperpellicium, ſeu cottam lineã pro habitu noſtro. Deniq; Benedicti eius nominis XII. Pont. Max. qui in conſtitutionibus ijs, quas ipſe poſtremus omnium (quod ipſe ſciam) canonicis regularibus vniuerſis edidit, cap. de forma, & honeſtate habitus, & veſtimentorum, paſſim canonicorum habitum ſuperindumenta linea vocat, id eſt (vt ipſe diſtinguit) ſuperpellicium, vel Rocchettum, uel camiſiam romanam. Poſtremò idipſum quoque vel maximè confirmare videtur Lateranenſis D. Ioannis, nec non SS. Petri, & Pauli baſilicarum in vrbe Roma antiquus, ac perpetuus vſus ille, quo ipſarum canonici ſeculares habitum ſuum clericalem Rocchettum appellare, ac niſi eo induti ſuam vtriq; Eccleſiam ne ingredi quidem ex canonica illis per manus tradita diſciplina ſoliti ſunt, ſuperimpoſito illi nihilominus communi clericorum quorumcunq; in ſacris habitu ſuperpellicio, quod idem in alijs quoque, præſertim cathedralibus Eccleſiis fieri non ignoramus, & Benedictus ipſe in canonicis conſti-

tutionibus ſuis obnixius obſeruari mãdauit: quanquam quòd canonici huiuſmodi, aut ſeculares quicunque alijs in Eccleſiis duntaxat habitum lineum induunt, id regulares omnes vbiq; & ſemper tàm in eccleſia, quàm domi, foriſque, & tàm interdiu, quàm noctu (vt latius poſtea demonſtrabimus) factitare conſueuerunt: quippe qui nunquam à priſca deſciuerint regula Apoſtolorum, ac patrum omnium, qui lineum habitum ſemper vel geſtarunt, vel geſtandum ſtatuerunt, vt hac etiam perpetui habitus ratione à ſeculari regularis profeſsio differat, & (vt in Aquiſgranenſi regula dicitur) facilius diſcernatur. Ex his igitur omnibus ſatis conſtat naturalem, ſiue eſſentialem canonicorum regularium habitum tunicam eſſe lineam, id eſt, ſuperpellicium, cottam, rocchettum, aut ſi quid aliud eſt generis eiuſdem. Similiter autem naturalis, ſiue eſſentialis monachorum habitus cuculla eſt, ſiue floccus, ſiue ſcapulare; licèt latini ſermonis ſcriptores virili genere protulerint: vt

Habitus Monaſticus, Cuculla, & Scapulare.

Martialis.

Illinc cucullo proſpexit caput tectus.

Et Iuuenalis.

Sumere nocturnos meretrix anguſta cucullos.

Ve-

Verùm, vt more ſacrorum ſcriptorum in re ſacra loquamur, de cuculla, & ſcapulari conſtat ex Patris Benedicti regula, in qua cap. 55. monachis hæc duo traduntur his uerbis. Cucullam in hyeme villoſam, in æſtate puram, aut vetuſtam, & ſcapulare propter opera ſufficere credimus. Item de his, et flocco ſimul ex Clemente eius nõis V. Pont. Max. in concilio Vienenſi lib. 3. tit. 10. De ſtatu monachorum. cap. Statuimus. per totum ferè. Item Ioannes Andreas iuris pontificij peritorum celeberrimus ſignificantius ibi declarat in verbo Habitui. Nam cùm dixiſſet Clemens, Statuimus, vt ſuperior veſtis ipſorum, id eſt, Monachorum, habitui proxima, nigri, bruni, aut albi coloris exiſtat: ita ipſe verbum illud Habitui explicat flocco, cuculla, vel ſcapulari. Sunt autem hæc tria, cuculla, floccus, & ſcapulare ſynonyma, id eſt, eſſentia, licèt forma, & nomine aliquantulum inuicem diſcreta pro locorum, atque mortalium diuerſitate. Vnde illud fit, vt à latinis ſcriptoribus ferè ſcapulare quoq; ipſum cucullæ nomine nuncupetur; vt exempli gratia à Raphaele Volaterano viro eruditiſſimo, qui tametſi imprudenter de Ordinis prima origine, tamen de canonicorum noſtrorum habitu,

nec nõ Stephano Ilicetano eo,qui ad nos Bononiam tranſiuit, ſcribens: cum paucis (inquit) eum ſequentibus canonicum ſumpſit geſtamen, ſupráq; album cucullum. Et poſtmodum de alijs quibuſdam corbulenſibus ſui temporis canonicis. Pullum (ſubiungit) humilémq; cucullum linteis, craſſisq; tuniculis ſuperinduunt, nimirum Scapulare vtrobique ſignificans. Hinc itaque illud venit, vt duobus ex his, id eſt cuculla, ſiue flocco ſimul, & ſcapulari Monachi vtantur nunquam, ne duplicem (quod planè ſuperuacaneum, & incongruum eſſet) geſtare habitum videretur: horum .n. trium (vt diximus) ſingula quoque Monachorum habitus ſunt; quamobrem ſub capa, qua Monachis vtique cum canonicis vti ſimiliter licet, cucullam, aut ſaltem ſcapulare extra monaſteria abeuntes ferre illi iubentur, vt oſtenditur ibidem. De ſtatu monachorum cap.eodem, vbi Clemens. Cùm verò (inquit) Abbates, Priores, aut alios Præſidentes, & monachos alios extra monaſterium proficiſci cõtinget, floccum, cucullam, aut capam clauſam habeant; & ſubtus capam, ſi eam portauerint, cucullam deferant, aut ſi maluerint, ſcapulare. Atq; huius rei rationem affert ibidem Ioannes Andræas

in verbum capam hunc in modum ſcribens. Et nota, quia licet ſub capa ſit portandum ſaltem ſcapulare, ſub flocco, vel cuculla non, quaſi illa ſint habitus, ſed non capa. Noſtris tamen in regionibus monachi tam domi, quam foris non capã vnquam, ſed mantelum quandoque ſuper ſcapulari ipſo ferre ſoliti ſunt, ſiue Rondellum, quo verbo vtitur Petrus Portuenſis, Vgo Nicoſienſis, & Benedictus Pont. in canonicis ipſorum conſtitutionibus, de quibus iam diximus, & poſtea dicturi ſumus: nec non Io. Andreas in verbum capam. Cle. lib. 3. De ſta. mo. cap. 1. §. Cum verò. Quæ duo nimirum eò inuicem diſcrimine diſtinguũtur, vt capitio mantelum ſiue Rondellus careat, capa non careat: vnde etiã quemadmodum à capite capitium ipſum, ita à capitio dicta capa eſt, quaſi capitio prædita, & (vt ita dixerim) capitiata, non autem à capite, ſiue à capiendo, quòd totum videlicet capiat hominem, ſicut ibidem exponitur ab eodem: nullam .n. omnino eiuſmodi in Grammaticis nominum, aut dictionum deriuationem habemus; quod idem tamen alio loco nos facilius demonſtraturos pollicemur.

Capa à capitio, non à capite dicta.

Eſt autem (vt eodem loco definitur) cuculla habitus ex lana longus, & amplus, undiq; clauſus, ma-

Cuculla quæ ſit.

nicis carens; quod idem ex Nicephoro Calliſti colligitur, qui libro eccleſiaſticæ hyſtoriæ 9. cap. 14. myſticam monaſtici habitus intelligentiam explicans ita de cuculla ſcriptum reliquit. Non enim illi (de monachis Ægyptijs loquitur) temerè à communi habitu veſtitum ſuum mutauerunt: amiculum namque manicis carens indicium, atque inſtitutionem eſſe arbitror, ne manus ad iniuriam inferendam faciles ſint, & promptæ. Floccus autem omnino cucullæ ſimilis, niſi quia longas, & amplas manicas habet, quo potiſsimùm in Italia monachi tùm Caſsinenſes, quàm Montis Oliueti, ac cæteri ferè vti ſoliti ſunt: cùm ſcapulare ipſum ſit veſtis ſtrictior, & ſine manicis, à lateribus vtrinque ſciſſum, & patens, ſic à tegendis ſcapulis appellatum.

Floccus qui ſit.

Scapulare quod ſit.

Et quamuis tria hæc aliquanto (ut ſuperius dictum eſt) forma differre videantur, generali tamen cucullæ nōie, quia primaria fortaſſe, & uſitatior forma ſit, monaſticus omnis habitus cōtinetur, quemadmodum ex Gratiano liquet in decreto cauſa 20. quæſt. 1. in proœmio, quod incipit, Duo pueri. vbi dicitur: Vnus inuitus, alter ſpontaneus cucullam induit. Et paulò inferius: Qui præter propriam voluntatem cucullam induerit. Similiter ex Nico-

lao Papa ibidem quæſt.3. Præſens clericus. quo loco legitur: cucullam induit. Et poſtmodum pro eodem ſubiungit: monaſticum habitum induere fecit. Itē haud multò poſt: Ei cucullam induit. Tum verò eundem in ſenſum infert: Monaſtico habitu violēter indutus eſt. Et eodem in modo: Vbi coëgiſſet portare cucullam. Poſtea ſubijcit: Præſentem (ut dictum eſt) clericum nomine Lambertum minimè debere exiſtimauimus ſub violentia tali fieri monachum. Eſt autem latus, & ampliſsimus is quidem hoc in genere ad eam maximè comprobandam rationem locus, tametſi idem nihilominus demonſtratur cùm in ſanctorum patrum ſcriptis, tùm maximè cauſa 19. quæſt.3. mandamus. vbi Vrbanus II. (vt inferius quoq; dicemus) monaſticum habitum cucullam ſimpliciter appellat: Et extra lib.1.tit.14. De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum. cap. Intelleximus: quo loco Innocentius eius nominis III. Pont. Max. de canonico regulari, qni monachus factus fuerat, cùm ageret, monaſticum habitum ſimiliter notans ait: Cucullam ad memoriã delaturus; canonem nimirum reſpiciens Vrbani prædictũ. Quod autem tres haſce formas monaſticus habitus comprehēdat, facilè declarat ſacroſan-

ſta ſynodus olim Aquiſgrani acta ſub Ludouico eius noīs I. imperatore cognomēto Pio, quæ canonicā regulam formans cap. centeſimo, vigeſimo quinto, errore corrigēdo canonicorum eorum, qui vna cum clericali monaſticum habitum vſurparent, eo caput illud titulo prænotandum voluit, vt diceret, vt canonici cucullas monachorum non induant, quod cucullas multitudinis numero, non vnitatis cucullam dixerit, nempe tres monaſtici habitus, ſiue cucullæ formas ſignificans. Quod idem facit ſtatim narrationis initio his verbis: Reprehenſibilem, et eccleſiaſtica emendatione dignum apud pleroſque canonicos inoleuiſſe comperimus vſum, eo quod cōtrà morem eccleſiaſticum cucullas, quibus ſolis monachis vtendum eſt, induant: cùm ſingulari numero cucullam ei potius proferendum fuiſſet, ſi vnica tantum cuculla, aut monaſtici habitus forma, non tres, (vt dictum eſt) haberētur. Perſpicuum autem illud eſt, monachos æquè vt canonicos inſtitutos, & habitum vtriſque ſuum ab Apoſtolis traditum, nempe monachis cucullam: quod perfacilè oſtendere licet cùm ex perpetuo, & longè hominum memoriam ſuperante vſu monachorum omnium, quos iam inde ab initio vel cucullam, vel floccum,

Canonici æquè vt Monachi ab Apoſtolis inſtituti.

vel ſcapulare peculiarem habitum geſtitaſſe, illis etiam indormiſſe ſolitos conſtat. Siquidem (vt de canonicis ante diſſeruimus) quæ toto terrarum orbe obſeruantur, ea vel ab ipſis Apoſtolis, vel à concilijs commendata, ſtatutáue intelliguntur, quemadmodum Auguſtinus idem ad Ianuarium ſcribit, cuius ſententiam in decreto habemus diſt. 12. vbi legimus: Illa autem, quæ non ſcripta, ſed tradita ſunt, cuſtodimus; quæ autem toto orbe terrarum obſeruantur, datur intelligi, uel ab ipſis Apoſtolis, uel ex plenarijs concilijs, quorum eſt in eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata, atque ſtatuta retineri: ſicut id, quod Domini paßio, & reſurrectio, & aſcenſio ad cælum, & aduentus ſpiritus ſancti anniuerſaria ſolennitate celebrantur, & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab vniuerſis, quocunque ſe diffuderit eccleſia: cui nimirum ſententiæ adſtipulatur id, quod in concilio Aquenſi ſiue Aquiſgranenſi altero ſub Pipino Gallorum rege Ludouici Pij filio libris tribus diſtincto decretū eſt, in quorum librorum primo cap. 10. & 12. id potißimum agitur, vt initio naſcentis eccleſiæ per Petrum Apoſtolorum principem in occidentis, per Io. Apoſtolum, & Euangeliſtam in orientis, id eſt in

Monachi & noctu dormientes cucullas induunt omnes.

Aſia regionibus, per doctorem gentium Paulum in vniuerſo ferè orbe; ꝑ cæteros Apoſtolos in ſua queq; prouincia ex oblatione fidelium mortalium tùm in rebus, tùm in hominibus inſtitutam, adauctam, et propagatam chriſtianam religionem intelligamus; quod vnicum eſt, atq; perpetuum totius concilij argumentum, quo latius etiam, clariúſq; noſtra huiuſce rationis vim, ac pondus patefacimus. Tum verò quod de monachorum inſtitutione, & habitu ſuperius diximus, probatur ex Ioanne Eremita, cognomento Caſsiano, qui cucullas monachorũ Ægyptiorum ſui temporis vſitatum habitum profert libro de inſtitut. cœnob. 1. Similiter ex Benedicto Abbate, qui monachis ſuis Caſsinenſibus (vt ante ſignificauimus) cucullam, & ſcapulare in regula, non quaſi nouum quendam intulit, ſed tanq̃ priſcũ & iam inde ab Apoſtolis attributum habitum recenſuit, & approbauit: quemadmodum expreſsius demonſtrat Philo Hebręus in libro eo, quem de vita contemplatrice, ſiue de ſupplicibus inſcripſit. ite Dionyſius Areopagita in libro de eccleſiaſtica Hierarchia, vbi ſecundum ſacros pontificum, ſacerdotum, & diaconorum ordines de popularibus ordinibus ijs agit, qui ab illis initiantur, ſummo inter eos

Io. Caſſianus.

Benedictus Abbas.

Philo Hebræus.

Dionyſi⁹ Areopagita.

loco ordinem ſtatuēs monachorum, quos vterq; græcè θεραπευτὰς vocat, noſtri latinè cultores, ſiue curatores dixêre, vel quia purè ſinceréq; Deum colerent, vel quia tanquam medici curarent eos, qui ad ſe contemplationis cauſa cōuolarent, ipſorum animos ab omni vitiorum morbo repurgantes. Quos tamē nobis religioſos potius interpretari libet, propterea, quòd poſthabitis humanæ conſuetudinis rationibus quibuſcunque, omnem curam, cogitationem, ſtudium, atque operam in vno Dei cultu, precationibúsq;, quæ Chriſti Opt. Max. religio eſt, reponerēt à cæteris popularibus, hominibúsq; in certis ſolitarijs ſeceſsibus huius rei gratia ſegregatis: quod idē Nicephorus Calliſti, quo de ſupra, locupletiſsimè teſtatur in eccleſiaſtica hiſtoria lib. 2. cap. 15. & 16. qui eiuſdem quoq; generis mulieres θεραπευτίδας inducit; quæ omnia eo nimirùm dicimus, vt ex his tot tamq; perſpicuis rationibus, atque ſententijs intelligamus, habitum proprium, atque eſſentialem monachorum cucullam dici, ſiue floccum, ſiue ſcapulare, quæ (vt idem ſæpius repetamus) paulò diuerſa voce idem ſignificare perſpiciuntur, ſingula enim (quod per cucullam ſignificatur) caput, & corpus ferè contegunt vniuerſum: quamquam ſcapulare

Nicephorus Calliſti.

à capite ſciſſum vtrinque (vti iam diximus) ſit cōmoditatis cauſa ad opera, vt D. Benedictus ait, et ad diuina quoq; officia, vt Clemens decernit, vbi ſupra §. Cum autem. Hæc autem multo prolixius fortè; quàm rei noſtræ neceſſarium fuerit, à nobis explicata videntur: ſed id conſultò tamen factum, vt fatuam ſcilicet, atque inſulſam opinionem confutaremus eorum, qui cucullam tantum monachorum habitum dicerent, non etiam ſcapulare, hoc .n. commune cum ordinibus alijs, præſertim cum prædicatorij inſtituti fratribus habitum eſſe, unde etiã cum canonicis, atque nobiſcum non ab re communem dici poſſe videri, quidam obijcere ſoliti ſunt. Nam ſi ſcapulare non monachorum habitus eſſentialis eſt, nec cucullæ vicem ſupplet, aut etiam non ipſa eſt cuculla: monachi ergo omnes vbiuis gentium plerunq; ſine habitu incedere dicantur, quippe qui præter admodum paucos, & eos certos dies, dum in monaſterijs verſantur, aut etiam ſemper, cum iter agunt, cuculla, floccóue depoſitis, ſcapulari tantummodò vtuntur; quod ipſum tamen fieri nefas eſt, ſi ſcapulare neque cuculla, neque monaſticus ipſorum eſſentialis habitus eſt; ſiquidem nec monachis ipſis, nec profeſsis vllis religioſis vllo vn-

quam tempore, ac ne viduæ quidem mulieri non ſolùm interdiu uigilanti, ſed nocte etiam in lectulo cubanti ſine profeſsionis habitu eſſe ullatenus licet: quod facile cùm ex alijs multis, tum ex eo maximè diſcas, quod Caſsianus de monachis Ægyptijs ſcribit, quo ante ſignificauimus loco. Nam cucullis (inquit) perparuis uſq; ad ceruicis, humerorúmq; demiſsis confinia, quæ capita tantùm contegant, indeſinenter diebus utantur, ac noctibus. Item ex eo, quod in concilio Toletano 10. decretum eſt, et à Gratiano refertur cau. 20. quæſt. 1. Vidua quæ. Verùm amplius dicam, ſi ſcapulare monachorum eſt habitus, ſi cuculla ipſa non eſt, ergò omnes noſtrates id eſt vniuerſæ Italiæ monachi apoſtatæ dicendi, habendiq; ſunt omnino. Nam apoſtata non ſolùm rectè dici poteſt is, qui monaſterium ſuum, ſed rectius etiam, qui profeſsionis habitum deſerit, atque deponit, vt extra lib. 3. tit. 24. Ne de. vel mo. ſec. neg. ſæpè im. cap. 2. vt periculoſa. §. Si quis. At huiuſmodi Itali omnes monachi ſunt; nam omnia prorſus illorum monaſteria, omnia perquiras loca licet, nullos inuenias vſpiam, qui cucullam induant, ſed omnes ubique aut flocco nonunquam, aut ſcapulari plerunq; vtuntur. Verùm hoc tàm graue mona-

chis noſtris crimen impingere iniquum eſt: Etenim non modò apoſtata non ſunt, ſed veri, ſed venerabiles, ſed ſancti monachi ſunt. Scapulare igitur, & floccus cuculla eſt, aut ſcapulare æquè, vt floccus, atque cuculla verus, atq; eſſentialis monachorum vniuerſorum habitus eſt. Porrò quod de ſcapularis communione cum mendicantibus obijcitur ab iiſdem, id nihil ad propoſitam rem noſtram prorſus facit: propterea quòd prædicatorum ordo, & ſi quis alius mendicantium eiuſmòdi ſit, qui ſcapulare habitum profiteatur, is recens eſt, & ſpecies quædam monaſtici propoſiti eſt: vnde appoſitè quidem nuper à Sanctiſs. D. N. Papa Pio V. quem venerationis

PP. Pius V. *cauſa nomino, in immunitatis attributo illis, ſed paulò poſt illis abrogato priuilegio fratres monachi dicuntur, qua vtique ratione facilè ſcapulare potuerunt authoritate maiorum à monachis petitum ſibi quoque pro naturali habitu ab initio inſtituti ſui tàm longo poſt Benedicti monachos temporis interuallo vendicare. At ſecus de canonicis; nam ij monachos origine, & dignitate præceſsère, et ſuum ſeorsùm ab illis peculiarem habitum ab Apoſtolis accepère, vnde communis inter hos nullo pacto conſtitui habitus potuit, cùm eodem ferè tempore ſuus*

cuique proprius, ac naturalis fuerit attributus: et ſi vtrorumque redintegrationem intueare, centum ante amplius annos Canonici ab Auguſtino, quàm à Benedicto monachi nouis regulis, ac legibus redintegrati, atque ordinati ſunt; qua ex re fit, vt ſcapulare à monachis poſterioribus canonici ſuperiores nequaquam accipere, ſed econtra facilius lineam tunicam à canonicis monachi potuerint: quod neutrum tamen nec factum eſt, nec fieri potuit omnino, quòd ſuum vtrique diuinitus acceperint, ita inter ſe diſcretum, atque diuerſum, vt quèmadmodum ordines, ita ne habitus quidem eorum inuicem coniungi vllo pacto poſſent: at ſcapulare cõuenire mendicantibus potuit, quippe qui à monachis quodammodò eſſent, & nullum alium, qui à ſcapulari nuper aſſumpto diſcreparet, abhorrerétque, habitum vſurparent: quod de canonicis dici æquè non poteſt, qui ſuum habitum tunicam lineam ab initio (ut diximus) geſtarent, vnde alterum monaſticum aduentitium eoſdem poſtea contra ordinis naturam, Apoſtolorum inſtituta, Patrum perpetuam obſeruationem, ac maiorum exempla addere, atque in vno ipſorum canonico ordine duos maximè inter ſe diſcrepantes habitus, linum videlicet, & lanam

quaſi commiſcere nefas fuit, licèt in reliquo ueſtitu, & quem accidentalem dicunt habitum, multa nũc ſint canonicis cum monachis communia indumenta, ſicuti mantelum, ſiue rondellus, capa, tunica, capitium, almutia, vt conſtat cùm ex patrum conſtitutionibus, tùm ex Clemente Pont. de ſta. mon. vbi ſupra: quemadmodum etiam illa, à quibus abſtinendum eſt religioſis omnibus (qua ratione Diuus quoque Thomas impugnantium religionem argumenta confutat, vt latius infra dicemus) vt viuere ſine proprio, abſtinere à negotiationibus, & ab officio aduocandi in cauſis, & eiuſmodi quæ ſunt alia. Quod autem de monachis, cæteriſq; religioſis, nec non de viduis ſuperius dictum eſt, idem propemodum de ipſis canonicis regularibus in habitus delatione reſpondendum videtur: ac dicimus, quibus uidelicet rocchettus, ſiue tunica linea perpetuus illis habitus attributus eſt, ſiue dies perſpicuus ſiue intempeſta nox ſit, ipſis etiam nocte ſomnum capientibus deferendus, vt nullo vnquam temporis momento ſine ipſorum habitu deprehendi omnino queant: quæ nimirùm ratio cùm antea canonicis noſtris parum animaduerſa in vſu minimè fuerit, iam ferè ab initio redintegrati à Giſterio patre in-

ſtituti, non rocchetto quidem, ſed laneis tuniculis, inſtar religioſorum omnium noctu inter dormiendum vſi ſunt; nunc autem, id eſt, paucis ab hinc annis ea certa ducti ratione, & conſilio, vt religioni pariter, & officio conſulerent ſuo, tunicis illis laneis depoſitis, non admodum ordini approbatis, atque laudatis, interulis lineis rocchettorum loco, vt noctis commoditas fert, ſimpliciter indormire cœperunt, quas tamen interulas etiam cubitu ſurgentes minimè exuunt, ſed interdiu quoque ſimiliter, vt monachi paruas cucullas ſuas retinentes cùm ad carnis mundiciem procurandam, tùm ad veſtitus expeditiorem, atque commodiorem vſum, id eſt, inquam, ad eius ſordeculas, & ſitus caſtis, ac virgineis in corporibus, vt par eſt, abſtergendas, abſque eo, vt geminum habitum ferre, id eſt, cucullas duas induere videantur, quod illis nullo iure vetitum eſt, gerunt: Quod ſi Innocentius ipſe extra de ſtatu monachorum. Cum ad monac. monachis camiſiis lineis decreto ſuo interdixit, neque ipſe tamen, neque alius quiſpiam tale quicquam Canonicis regularibus prohibuiſſe dicitur: quod planè factum putamus, quia ſub humaniore regula ij, quàm monachi, qui arctiorem ſequi perhibentur, degunt;

præ-

præterquam quòd ijſdem perpetuus, ac naturalis habitus ipſe linum, quemadmodum lana monachis tributa ab initio ſit, vnde illud iure optimo factum eſt, vt interulæ lineæ canonico ordini conceſſæ, monaſtico inhibitæ habeantur omnino. Eſt autem operæ pretium animaduertere, canonici habitus æquè triplicem, atque monaſtici eſſe formam, ſuperpellicium, cottam, rocchettum, quarum ſingula propemodum accedere ſibi inuicem ſimilitudine videntur, in eo ſolummodò inter ſe differentes, quòd monaſticæ ex lana nigro, vel albo, vel chryſeo colore ſunt, & inſuta capitia habent, pauloq; ſunt canonicis longiores: canonicæ verò ex lino puro, candidóq; contextæ capitijs omnino carentes. Vnde etiã illud coniectura aſſequi facilè valemus, ipſis ab Apoſtolis non ordines ſolùm, canonicum, atque monaſticum, verùm etiam ordinum habitus eodem fuiſſe tempore conſtitutos, quando eadem quidem vtriq; ordini Domino pariter ſeruituris forma, licèt diuerſa pro ratione conditionis, cultus, & officij, nempè lini tenuitas, & candor; lanæ contra craſsities, & obſcuritas, id eſt hilaritas ſpiritus, & in adminiſtrandis populo ſalutis myſterijs puritas, integritas: & animi mœror in populi deplorandis, depre-

Habitus canonici atq; monaſtici inter ſe affinitas, & ſimilitudo.

can-

candiſq; delictis, deſignata fuerit, ac tradita materia: & quam ſanè formam atq; materiam iam inde à principio à principibus (vt diximus) illis ad hanc vſque tempeſtatem noſtram continenter integram, illeſámq; ordinibus in ijſdem conſeruatam, & vſum planè animaduertimus, incorruptam antiquitatem mirificè ſuſpicientes commendatóſque. Reſpondet autem cotta floccus: eſt enim (quemad modum ex Clemente ſuperius attigimus) vt hic, ita & illa veſtis longa, lata, & vndique clauſa, manicas amplas, & ad pugnum vſque protenſas habens: ſuperpellicio cuculla, quæ duo prioribus illis ſimilia ſunt, præterquàm quòd manicas hæc nullas habent: rocchetto ſcapulare, quæ ſunt aliquantò illis breuiores, ſtrictioréſq;, in eo tamen ſpeciatim inuicem diſcrepantes, quòd apertum à lateribus totum, & ſine manicis ſcapulare eſt, rocchettus vndique integer, & clauſus, nec non manicas veluti cotta, licèt ſtrictiores, habens commoditatis & ipſe canonicis, vt ſcapulare monachis, comparatus.

FINIS PRIMI LIBRI.

candorq; delectat, aliqs nata fuerit, ac [illegible]: & quæ ſunt formam eius [illegible] [illegible] principio, principatus [illegible] hanc uſque tempeſtatem noſtram cunctantur inte-grum, illeſumq; ordinibus inceſſum conſeruantem & [illegible], nec [illegible] ne-que [illegible] ſufficientes commentarios [illegible].

Reſpondet autem caſta ſocrus: eſt enim (quemad-modum ex Clemente ſuperius attigimus) ex lib. 1. & illa caſtis [illegible], & [illegible] [illegible] ſimplex, & ad pugnam uſque promptiſſima ha-bere: ſuperpellicio exuta, quæ duo priora illis ſi-militia ſunt, præterquam quod manicas has habent [illegible] rochetto Scapulare, quo ſunt [illegible] illis [illegible], ſtrictiorq; [illegible] [illegible] diſcrepantes, quod ſuperiori [illegible] inem, & ſine manicis ſcapulare eſt, rochettum [illegible] dicere integra, & [illegible] [illegible] & ipſe [illegible] ut ſcapulare monachis, eſt [illegible].

FINIS PRIMI LIBRI.

DE HABITV CANONICO

LEBET II.

ALOYSIVS poſterior.

HACTENVS *ferè, Aloyſi Pater optime, diximus priore libro de origine, & inſtitutione Canonicorum regularium, item obiter monachorum ipſorum; ſimiliter de Canonicorum eorundem habitu naturali, quem eſſentialem vocant; ea verò tunica linea eſt, quæ videlicet ſuperpellicij, cotta, ac rocchetti diſtinctione continetur, vt mos, & conſuetudo fert locorum, ac gentium, diuersè geſtare aſ-*

ſueuerunt: De habitu quoq; eodem monachorum adiunximus, quæ tribus ſimiliter nominibus, cuculla, flocco, & ſcapulari eadem ratione cenſetur. Formam etiam habitus vtriuſque paucis (vt res ipſa poſtulare videbatur) perſecuti ſumus, nec minus de affinitate, ac ſimilitudine habituum inter ſe in forma attigimus, ſecus in materia: quodque vel obſeruandum fuit, de habituum ipſorum inuicem repugnantia, & contradictione ſuprema, ſimul oſtẽdere in primis cupientes, vnde fit vt ſimul in eodem ſubiecto ordine vnquàm conſiſtere nullo pacto, aut cohærere poſsint: Nunc autem poſteriore libro hocce idem locupletius, perſpicaciusq; agemus: nam in eo maximè laborauimus, vt ratione, & authoritate ea facilè, quæ quaſi argumentum quoddam rei vniuerſæ lectoribus ſtudioſis, & candidis propoſuimus explicandæ, comprobaremus: Nam ſicuti poſtea ſignificantius ea de re dicemus in ſequentibus, mihi diu in animo meo anxius verſanti, atque omnia perluſtranti, quæ hoc in genere appoſitè, probabilitérq; adduci poſſe videbantur, vt veri canonici habitum demonſtrarem, eúmq; monaſtico habitui ſuperimponi, aut commiſceri nulla ratione poſſe, perſpicuũ ita faceremus, vt nihil omnino cuiquam

quantumlibet contentioſo, ac repugnanti addubitandum relinqueremus, cùm plures quidem, tùm decem potiſsimùm rationes in mẽtem venère, quas ſatis idoneas, atque efficaces ad ſenſum, ac propoſitum meum optimè confirmãdum fore putaui, eáſq; poſteriore hoc libro tractandas, & explicandas curaui pluribus fortaſſe verbis, quam opus eſſe aliquibus videretur, quibus in diſputando breuitas magis cordi eſſe conſueuit; aut contra paucioribus etiã quàm alij expectarent, qui copioſius hanc totam rationem explicandam cenſerent. Verùm enimuerò vt non ratione ſolùm, ſed authoritate etiam ea, quæ præcipua, ac ſuprema à ſacroſanctis Euangelijs haberetur, id eſt, ſanctæ Eccleſiæ vniuerſa noſtra diſputatio niteretur, eiuſdem Eccleſiæ ſentẽtiam, atq; decretum generali pro concilio conditum, vulgatúmq; in medium proferendum duximus: Quæ eadem vndecima, atq; vltima totius diſputationis noſtræ huiuſce confirmandæ, conſtituendæq; ratio extiterit, quaſi aurea quædam canonico ordini, mandante Deo, impoſita, & ornatus cauſa conſtituta corona, vt quod ingenio, & ſtudio incredibili propemodum, aut potius ſtudio noſtro, atque labori, Deo ipſo ſua benignitate opitulante, atque adeò demon-

ſtrante in latebris quodam adinuenimus modo, id palàm faceremus, & in lucem canonici ordinis pro feſſoribus non tantùm intelligentiæ, ac vtilitatis, ſed voluptatis etiam, & animi oblectandi cauſa (quid enim iucundius, ac ſuauius ſtudioſis omnibus intelligentia eſſe, ac ſcientia poteſt?) proferamus. Hoc igitur gemino (vt diximus) canonicorum, linea tunica, cuculla, monachorum naturali habitu conſtituto, cùm permulta quidem, tùm decem in primis pro canonico lineo amictu noſtro contra monaſticam lineam, cucullam exiſtere rationes videtur. Dicimus autem contra ob eam vtique cauſam, quòd his rationibus ipſis perſpicuũ admodùm fiat, ac demonſtraretur, hos duos tàm diuerſi ordinis, & profeſſionis habitus cohærere inuicem, aut coniungi in alterutro duntaxat, ſiue canonico, ſiue monaſtico nequaquàm ordine poſſe, atq; ea de cauſa præclarè, ac ſapienter feciſſe patres noſtros, qui nuper canonico ordine noſtro, atque ordinis habitu inſtaurando cucullam, ſiue ſcapulare omnino adimendum lege ritè perlata prouidere: Rationes igitur contra monaſticum habitum, vel cucullam, vel floccum, vel ſcapulare in canonico ordine exiſtere videntur: ac prima quidem ratio à naturæ lege.

Ha-

Harum verò rationum ea prima eſt à naturæ lege petita, quæ aliarum quaſi fons, & origo omniũ exiſtit, atque eo conficitur modo. Habitus eſſentialis qui videlicet præcipuè nobis ordines diſtinguunt, cohærere inuicem plures in vno, atque eodem ordine nullatenus poſſunt: huius rei ea ratio eſt, quoniam formæ ſunt ordinum, religioſi hominis propoſitum, atque profeſsionem exterius neceſſariò oſtendentes: nam cùm philoſophorum omnium, tùm ipſius Ariſtotelis ſententia forma ea dicitur, quæ, vt res ipſa ſit, efficit: hæc autem cùm nos plerunq; latere contingat, illud efficitur, vt eius planè intelligentiam ex proprietate maxime conſequamur: quemadmodum ſanè habitus religioſus, ſiue regularis in cauſa eſt, vt aut hic, aut ille ordo regulari conſpicuus reddatur, & dignoſcatur: Nam quamuis monachum non continuò habitus faciat, ſed profeſsio regularis, quemadmodum Clemens tertius nominis huius Pont. Max. aſſerit extra lib. 3. tit. 31. De reg. & tranſ. ad re. cap. 12. Porrectum. Et Honorius ſimiliter 3. cap. 22. Ex parte tua, atq; omnium doctorum ſententia comprobatur; ſuum attamen propriũ, ac peculiarem ordo quiſque habet profeſſionis habitum; atq; ita illum quidem ſibi annexum

Forma rei quæ ſit.

atq;

atque inhærentem, vt non ſolùm auelli integro ordine nequeat, verùm etiam ordinis naturam ipſam, proprietatémq; neceſſariò indicet, atq; diſtinguat; id quod à patribus ferè dicitur, tùm maximè in Aquiſgranenſi concilio confirmatur cap. 125. his verbis. Habitus namque ſingulorum ordinum icirco in eccleſia ab inuicem diſcreti ſunt, vt his viſis, cuius propoſiti ſit geſtans, vel in quæ profeſſione domino militet, liquidò cognoſcatur. Quinimmò tantam profeſſionis per ſe habitus habere uim dicitur, vt etiam expreſſa, atq; ſolenni, nec dum omiſſa profeſſione, tacitam, atq; præſumptam inducat, & ad religionem compellat, vt latè oſtenditur diſt. 27. ubi Rom. Pont. Nicolaus ad Albinum Vienenſem Archiepiſcopum ita reſpōdendo ſcribit. Quod interrogaſti de fœmina, quæ poſt obitum mariti ſui ſacrum velamen ſuper caput ſuum impoſuit, et finxit ſe ſub eodem velamine ſanctimonialem eſſe, poſtea verò ad nuptias rediјt. Bonum mihi videtur, quia per hypocriſim eccleſiaſticam regulam conturbare voluit, & non legitime in voto ſuo permanſit, vt pœnitentiam agat de illuſione nefanda, & reuertatur ad id, quod ſpopondit, & in ſacro miniſterio permaneat, quod inchoauit. Et huius ſententiæ ra

tionem multis verbis ſubiungit. Et 27. quæſt. prima hæc ex concilio Carthaginenſi quarto, cap. 104. ſtatuta referuntur. Sicut bonum eſt caſtitatis præmium, ita & maiori obſeruantia, & præceptione cuſtodiendum eſt, vt ſi quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitæ, & natura ætate à viro relictæ, ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio Epiſcopi, & Eccleſiæ religioſo habitu apparuerint, poſtea verò ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundum Apoſtolum damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerũt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergò perſonæ ſine chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum chriſtianis communicent. Et cætera, quæ hunc in ſenſum ibidem ſubijciuntur. Extra verò vbi ſuperius cap. 4. eadem ferè ex Tribunenſi concilio cap. 25. (licèt Gratianus Ardatenſe id vocat) adducuntur his propemodum verbis. In hoc ſacro conuentu ſancimus, & liberè iudicamus, quòd vidua ſi ſponte velamen, quamuis non conſecratum, ſibi impoſuerit, et in Eccleſia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit, nolit ſanctimoniæ habitum vlterius habere debebit, licèt ſacramento confirmare

uelit,

uelit, eo tenore, & ratione uelamen ſibi imponere, ut iterum poſſit deponere. Et cap. 9. ubi ſic Alexander III. loquitur: Super eo, quod quæſitũ fuit de clericis, qui religionis habitum ſuſceperunt, & ante profeſsionem ad priorem ſtatum ſunt reuerſi. Reſpondemus, quòd ſi auſteritatem religionis, ad quam migraſſe noſcũtur, ſeruare noluerint, ad minorem religionem ſunt cogẽdi tranſire, nec amplius in eccleſiis ſecularibus debent aſſumi, ne contra uotum, ꝙ Domino fecerunt, uenire probentur. Item cap. 22. hæc leguntur: Ex parte tua fuit propoſitũ, ꝙ nonnulli ſunt, qui licèt pluribus annis geſtauerint habitum monachalem, profeſsionem tamen monaſticam non fecerunt, vnde cùm ſuper eo, quod habent proprium, & aliàs irregulariter viuunt, à te, vel ab aliјs arguuntur, non erubeſcunt dicere, ſe ad carentiam propriј, & continentiam, ac alias regulares obſeruantias non teneri, cùm habitus non faciat monachum, ſed profeſsio regularis. Ideoq; fraternitati tuæ mandamus, quatenus quoſlibet tibi lege diœceſana ſubiectos, qui prædicto modo terram duabus vijs ingredi non verentur, vt poſtq̃ per annum geſtauerint habitum monachalem, regulam ſecundum formam ordinis profiteantur, &

ſer-

ſeruent, eccleſiaſtica cenſura compellas. Et 23. proximè ſequenti hac Gregorij IX. habentur. Statuimus nouitios in probatione poſitos ante ſuſceptū religionis habitum, qui dari profitētibus conſueuit, vel ante profeſsionem emiſſam ad priorem ſtatum redire poſſe liberè infra annum, niſi euidenter appareat, quòd tales abſolutè vitam mutare, & in religione perpetuò Domino deſeruire. Quam eandem rationem clarius quoq; explicant interpretes, gloſſatores, cùm in cap. Porrectum. ſuper ea ſententia, Habitus non facit monachū. In verbo Profeſſio. in cap. Sicut bonum, ſuper uerbo Apparuerint. ubi ſuperius: tum uerò in cap. ipſo Statuimus. ſuper uerbo Habitum. ubi hæc initio ponuntur. Nota, quòd eſt habitus profeſsionis, qui uotum habet annexum; et eo ipſo, quòd quis talem habitum recipit, monachus efficitur, et per talem habitum intrando religionem, ſolennizat uotum: quare poſtea reclamare non poteſt, ex quo cœpit cum alijs canere. Et de tali habitu loquitur hic, et ſic poteſt intelligi cap. Vidua ſuperiore, & quod interrogaſti 27. diſt. & 27. quæſt. prima. Vidua. & 20. quæſt. prima. Quem progenitores. Et talis habitus impedit, & dirimit matrimonium. Verùm, ut ad rem noſtrā reuer-

tamur, cuculla, ſiue ſcapulare, & tunica linea, ſiue rocchettus eius generis ſunt, id eſt, duo eſſentiales habitus monachatum, & clericatum primò diſtinguentes, ut ſatis ſuperius, ſupérque demonſtratum eſt. Cuculla igitur, ſiue ſcapulare cum rocchetto in uno noſtro canonico ordine cohærere inuicem, atque coniungi nequaquam poteſt, quemadmodum ne duæ quidem eſſentiales formæ vni, atque eidem ſubiectæ rei ineſſe queant: id enim perinde eſſet, ac ſi duæ ſimul animæ hominis, & iumenti Chryſantho, & Pontremulo cuipiam dicerentur ineſſe. Hæ ſiquidem contrariæ maximè habitus videntur formæ, quippe cùm hæc ſacri, illa popularis ordinis; ſacris hæc prædita, horum illa expers omnino ſit, niſi quatenus huic, id eſt monaſticæ, externo munere, ſuperioriſue priuilegio aliquid eiuſmodi accedere contingat. Eſt autem illud natura, ac ratione comparatum, ut earum, quæ maximè contraria ſint, ſimul particeps eſſe poſſit nemo; quẽadmodum contra, ut qui cum uno cõmertij aliquid habuerit, is diuiſas, diſtinctáſq; vitas habere non poſſit omnino, ſi modò formam vnius communionem, ſocietatémq; obtineat: vt diuinus ille, quo antea meminimus loco, peracutè diſſerit Dionyſius.

Atque id quidem eſt, quod ſancti Aquiſgranenſis concilij, cuius ſæpius meminimus, patres ſeptingentis ab hinc ſexaginta amplius annis dixere, eccleſiaſticis inſtitutis penitus aduerſari, vt canonici monachorum cucullas vſurparent: nec magis id veſtimenti genus illos decere, quàm ſi arma ipſi bellica inſtar laicorum hominum geſtent, aut ſi muliebrem vir, vel virilem mulier induat veſtem. Ita enim initio decretum illud habet. Reprehenſibilem, & eccleſiaſtica emendatione dignum apud pleroſque Canonicos inoleuiſſe comperimus vſum, eo quòd contra morem eccleſiaſticum cucullas, quibus ſolis monachis vtendum eſt, induant: & poſtmodum, quia ſicut indecens eſt, ut arma militaria more laicorum geſtent; ita nimirùm inhoneſtum, et valde indecorum eſt, ut alterius propoſiti indumenta ſibi imponant. Ac rurſum paucis interiectis; Nam & Domini lege vir muliebrem, & mulier virilem prohibetur induere ueſtem, ſcilicet ut uterque ſexus ſibi conuenienti veſte indutus incedat. Sicut enim turpe eſt uirum ueſtem muliebrem, & mulierem ueſtem uirilem induere; ita ualdè indecorum eſt, canonicum ueſtem monaſticam induere. Quare illud plane efficitur, ut monacho coaptari

ſuper cuculla tunica linea, ſiue rocchettus minimè poſsit, ut patrum decretis paſsim cauetur; præſertim Innocentij Pontificis, qui (ut habetur cau. 16. quæſtione prima. De monachis) Cùm ſtatuiſſet monachos ad clericales ordines promotos à priore propoſito diſcedere nō debere his verbis: De monachis qui diu morantes in monaſterijs, ſi poſtea ad clericatus ordinem peruenerint, ſtatuimus non debere eos à priore propoſito diſcedere. Sic Ioannes Andreas in uerbum illud Diſcedere, commentatur, ut dicat. Quantum ad ea, quæ ſunt de ſubſtantia monachatus, ut de habitu ſeruando, & de continētia, & de non habendo proprio. Præterea Innocentij eius nominis III. Pont. Max. in concilio Lateranenſi, ut ponitur extra lib. 3. tit. 1. De uita, & honeſtate clericorum. cap. 15. Clerici offic. ubi ſic legis: Pontifices autem in publico, & in eccleſia ſuperindumentis lineis omnes utantur, niſi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem, id eſt, (vt Clemens decernit) floccum, ſiue ſub capa (ſi capam ferre maluerint) cucullam, aut ſaltem ſcapulare. At ſi non lineam cucullæ tunicam, ita ne cucullam quidem, ſiue ſcapulare rocchetto ſuper imponi fas eſt, atq; hinc illud exiſtit, quod toties in

ſacris

ſacris canonibus dicitur, & apud doctores paßim inculcatur, nempe ex diuerſitate habitus ſcandalum in eccleſia generari, ut ex Innocentio eodem potiſsimum colligitur ibidem cap. ſuperiore 11. Deus qui. Quamobrem illud ſtatuitur, quod ſuperius propoſuimus, attigimúsue, neque eodem in ordine, & profeſsione diuerſos habitus ineſſe; neque cohærere vllo pacto, & coniungi poſſe eos, quibus ſtudia, & vota ſunt diuerſa; quemadmodum in Hiſpalenſi concilio traditur, atque etiam à Gratiano adducitur cauſa 16. quæſt. 7. In nona. Siquidem tanti eſſe momenti in populis dicitur habitus diſsimilitudo, ut etiam diuerſa profeſsionis homines nonnũquam eodem habitu regulari ſuperius vti cogãtur, ut hoc eodem loco diſſerit ipſe Ioannes Andreas: & extra tit. & cap. eod. Deus qui. Et ibidem in gloſſa ſuper verbum Profeſsio. multò ſignificantius idem declarat. Porrò hanc ipſam rationem, vel maximè comprobare uidetur canonica regula Aquiſgranenſis, quæ ſemel atque iterum à nobis commemorata eſt, et inferius quoq; commemoranda ſæpius erit. In ea autem illud ſcriptum habes, quod paulò ante in hanc eandem primam rationem adduximus; id uerò eſt. Habitus namq; ſingulorum ordinum ic-

circo in eccleſia ab inuicem diſcreti ſunt, ut ijs uiſis, cuius propoſiti ſit geſtans, uel in qua profeſsione Domino militet, liquidò cognoſcatur. Neque uerò (ſi quis id fortè obiecerit) illud probandum uidetur, nempe, quod uni rei ſubſtantia eſt, idem alteri haud incongruè accidens eſſe; & ea quidem ratione eadem & monachis ſubſtantiam, & canonicis regularibus accidens congruè cucullam haud ab re dici poſſe: nam canonicis regularibus Domini Saluatoris tunicam lineam naturalem ab initio habitum extitiſſe, cucullam uerò poſtea ijſdem patrum noſtrorum memoria fortuito vtcunque adueniſſe ſatis compertum habemus. Etenim (vti in naturalis philoſophiæ principijs philoſophorum princeps Ariſt. tradit) ſubſtantia ipſa nunquam non ſubſtantia eſt, nec in accidentibus; quemadmodum ne accidens quidem in ſubſtantiæ cõuerti naturam poteſt; id enim nec naturæ ipſius leges pati, nec hominis ſenſus percipere poſſe videntur. Nam quod vni rei accidens eſt, vt alteri ſubſtantia ſit, & è conuerſo quod verè eſt, id eſt, quæ ſubſtantia eſt, hæc vt ulli accidat, fieri non poteſt omnino; quẽadmodum exempli cauſa (vt à contrario exempla ducamus, et per accidentis naturam ſubſtantiæ na-

turam comprobemus) caliditas, quæ compoſitis in rebus accidens eſt, in igne ſimplici elemento nequaquã eſſe ſubſtantia poteſt: ſiquidem non quia ignis ſed calidus eſt, ſiue (ut apertius loquamur) non quia ſubſtantia, ſed quia accidens eſt, ignem calefacere dicimus: alioquin ſi ſubſtantiæ ſubire naturam accidens poſsit, cùm plura, & ea quidem grauia in natura ipſa incidant incommoda, ac detrimenta neceſſe eſt: nam primùm (ut alia permulta miſſa faciamus) & ſubſtantia contraria ſubſtantia ſit, quippe cùm aduerſari inter ſe longè accidẽtia, ſicuti calida, & frigida videamus, deinde ſub ſenſum ceciderit ſubſtantia, ſi in ſubſtantiam quidem commutari accidens concedamus: nam quod ſenſu percipitur, id verò accidens eſt: ſin autem ſubſtantiam quoque ipſam ſenſibus conſequamur, & apprehendamus, profectò fruſtra hominibus intellectus à Deo Opt. Max. fuerit attributus, vel vllum prorſus inter homines, & belluas eſſe diſcrimen videatur; quin etiam præſtantiores quodammodo homine belluæ quædam, quia ſenſu præditæ ſint præſtantiore, habeantur. At quoniam nullo iſthæc fieri modo poſſunt, propterea multò id minus poterit quidem, vt quæ tibi monacho ſemel ſubſtan-

tia

tia eſt, hæc mihi canonico accidens fiat aliquando; et ex conſequenti cuculla monaſtica ſubſtātia, quaſi ex conuerſione accidens factum canonicæ cōueniat naturæ. At ſi de monaſtica cuculla conuerſio iſta dici commode poſsit, eadem quoque de amictu lineo canonico rectè dicamus licebit, id eſt, haud minus hunc monacho, quàm illam canonico accidere viro licere: quod ipſum tamen quàm ab eccleſiæ ſanctæ abhorreat inſtitutis, & legibus, qui eccleſiaſticis literis vel mediocriter imbutus ſit, ignorat nemo: neque enim (ut antea diſſeruimus) monachis vllis lineis vti, niſi inter ſacra faciendum, quia clerici, non quia monachi ſint, vſpiam cōceſſum videmus. At è contrario idem canonicis ne accedat quidem, vt eis non quia clerici, ſed quia monachi ſint, aptetur cuculla; quippe quibus nunquam, vt monachi ſint, accidat, tametſi depoſita omnino (quod per canonicas leges licet) canonica profeſsione, & habitu prorſus renuntiato, in monachorum tanquam arctiorem, attentioremq; naturam, ac vitam tranſeant, & commutentur, vt etiam tunc vnico tantum habitu cuculla, non gemina cuculla, & linea tunica ſimul induantur. Verùm enimuerò nos de ipſa canonicorum, et monachorum natura, ac pro-

prietate, nec non de naturali, ac proprio ordinis vtriuſq; habitu diſputamus, in quibus ſanè ſi quæ extrinſecus ad eorum naturam, & proprietatem diſtinguendam, demonſtrandámq; à patribus collata ſunt, ea nos ita confundenda, ac perturbanda putemus, vt quod vni attributum eſt, id alteri coaptemus, & canonicum lana, monachũ lino vtcunq; amiciamus, adoperiamúsq;, id profectò (dixerit neſcio quis) perinde videatur, ac ſi coruum quèdam vel candidis columbæ, uel pictis pauonis plumis (ut in fabulis legitur) ſuperindutum proferamus: aut potius ſi ſphynga, hippocentaurúmue, aut etiam chimæram, & ſi quid aliud eiuſmodi à poetis confictum monſtri genus, natura extare contendamus. Iure igitur, ac meritò ſuum vtriſque præſcriptum habitum, & canonicis lineam tunicam tantum, et monachis laneam ſimiliter accomodatam tunicam dicendum eſt. Cùm itaque canonicæ tunicæ lineæ, ſiue rocchetto cohærere nullo pacto cucullа monaſtica queat, à canonico ordine noſtro iure optimo à patribus noſtris ſublata ſunt, tandem aliquando cuculla, ſiue ſcapulare monaſtica indumenta. Secunda verò ea ratio eſt, quæ ab inſtitutione proficiſcitur: nam (ut initio demonſtrauimus) Apoſtoli Ratio ſecunda ab inſtõne.

clericis quidem canonicis ex Clemente Pont. apud Gratianum cau.12.quæſt.1. Dilectiſs.fratribus. Et ex Vrbano item Pont.ibidem. Scimus vos. De habitu verò canonico ex D. Hieronymo, qui in priore contra Iouinianum libro clericorum veſtem candidam, id verò eſt, lineam, appellat monachorum ſordidam, ſiue (ut Diuus ipſe Benedictus uocat) villoſam: quod idem, licèt non verbis iiſdem, agit poſteriore contra eundem libro. Quinetiam diuus Thomas in libro eo, quem contra impugnantes religionem ſcripſit, cap.2.cùm canonicum ordinem à clericorum nihil differre oſtendiſſet, illud etiam non monachis, ſed clericis, id eſt, canonicis regularibus lineis veſtibus vtendum comprobauit: Sic enim vir doctiſſimus ait. Item dato quod monacho docere non liceat, non ſequitur, quod canonicis regularibus non liceat docere, cùm canonici regulares inter clericos computentur; de quibus Auguſtinus in ſermone de communi vita clericorum, & habetur cauſa 12. quæſt. prima. Nemo. Qui habuerit proprium, vel habere voluerit, & de proprio viuere, parum eſt, vt dicam, non mecum manebit, ſed ne clericus erit: ex quo patet, quod illi, qui ſub B. Auguſtino ſine proprio viuebant, inter

clericos computabantur. Quod autem obijciunt, quòd canonici regulares, & monachi ad paria tenentur, intelligendum eſt in illis, quæ ſunt communia omni religioni, ſicut viuere ſine proprio, abſtinere à negotiationibus, & ab officio aduocandi in cauſis, & eiuſmodi: aliàs poſſent ſimiliter concludere, quòd canonici regulares teneantur abſtinere à lineis indumentis, quia ad hoc monachi tenentur. De cuculla autem in monachis palàm eſt ex ijs, quæ ſuperius dicta ſunt: nam ab initio ad hunc vſque diem in illis omnibus cuculla ſemper conſpecta eſt, tunica linea nunquam. Idem ergò contra in canonicis omnibus, etiam noſtris congruenter, ac neceſſario per patres noſtros prouiſum eſt, vt in ijs tunica linea ſemper, cuculla nunquam, ſiue ſcapulare iuxta Apoſtolorũ inſtituta, patrúmq; omnium conſulta poſthac conſpiciatur. Porrò tertia à reformatione nobis formanda eſt ratio: nam prius omnium Epiſcopus, & doctor maximus Auguſtinus clericos ſuos conſtituto Hipone monaſterio inſtaurauiſſe, ſiue reformauiſſe, & ad Apoſtolorum canonem, à quo eos longè dilapſos epiſcopatum obiens offenderat, reuocauiſſe perhibetur: vnde poſtea in clero canonicum nomen deriuatum eſt, ac

Ratio terna ab inſtõne, ſiue reformatione.

primum quidem (quod ipſe legerim) auditum in Turonica ſecunda ſynodo anno Domini circiter quingẽteſimo, ſexageſimo, ſub Pelagij Pont. Max. eius nominis I. memoria, vbi cap. 20. Archipræsbytero, vel in vico manenti, vel in villam ſuam ambulanti vnum quempiam lectorum canonicorum ſuorum, aut certum quendam clericorum continentiæ ipſius teſtem vbique adeſſe, etiam cubanti cubantem decretum legitur; deinde annos poſt quadraginta ferè apud Gregorium Magnum, qui in epiſtola ad Martianum Archiepiſcopum Ranennatem de clericis, qui monachis negotium in facultatibus, ac libertate faceſſerent, monens ita ad finem ſcribit. Nec illic vlterius habeant (de clericis loquitur) poteſtatem aliquam, ne monaſteria huius occaſionis velamine ea, quæ prohibentur, ſimul cum canonicis, & monachis in Eccleſia ſuſtinere onera compellantur: qui locus à Gratiano refertur cau. 18. quæſt. 2. Dudum propè finem. Tum verò ad annos ſexaginta amplius apud Eugenium Pontificem eum, qui primus & ipſe nominis huius fuit, obſeruatum; vt habes extra lib. 3. tit. 7. De inſtitutionibus. cap. 2. quod incipit, In eccleſia veſtra. Poſtea verò cùm in concilijs compluribus, id

Canonicorũ nomen primum auditum.

Canonicorũ nomẽ apud Gregoriũ Magnũ.

profert, ſed effert etiam, tametſi nonnihil in eo fortè is fallitur, quòd Moconticam, & Aquiſgranenſem ſynodum vnam, atque eandem putauiſſe videtur, cùm duæ ſine dubio, & quidem diuerſæ fuerint, illa Carolo magno patre, hæc Ludouico filio (ut antea diximus) imperantibus habitæ, nec locus ille, In omnibus igitur. ex regula ipſa Aquiſgranẽſi (vt ille ſuſpicatus eſt ex Grat.) ſed ex Moconṫiaco potius concilio cap. 9. Sumptus eſt. Neque verò eſt, quòd quiſquam per canonicos clericos eo in concilio appellatos, regulares canonicos intelligendos inficietur: quando primùm quidem canonicos ibi decreti ſuperioris, In omnibus, apud Gratianum interpres regulares exponit; deinde conciliũ idem verbi huius intelligentiam in eo perſpicuè declarat, quòd canonicorum ſimul, ac monachorum, nec non puellarum in monaſterijs mentionem facit, cùm alibi ſæpius, tùm in primis cap. decimonono, & vigeſimo, in quorum priore, ne plus canonicorum, vel Monachorum, aut puellarum, quàm ſufferri poſſit, in monaſteria mittantur, prohibet: in poſteriore verò, vt epiſcoporũ nuntij, ſiue etiam epiſcopi ipſi perſpiciant, diligenter loca monaſteriorum canonicis pariter, & monachis, ſimilitérque

puel-

admodum ex Apoſtolicis actis facilè edocemur, vt nemo eorum, qui ſe ad Chriſti religionem contuliſſent, aliquid proprij poſſideret, ſed omnia eſſent omnibus communia, & ſingulis, quæ opus eſſent, tribuerentur. Ita enim ſancti Patres Apoſtolicam vitam communem vitam definière, in qua non victum ipſum modò, veſtitúmq;, ſed ſomnum quoque ipſum, & quicquid ab eccleſiis proueniret neceſſariarum rerum, in commune caperent omnes, qui præſertim in ſortem Domini uocati eſſent. Cæterum una pro alijs omnibus ſatis nobis hoc in propoſito fuerit ſententia Nicolai Pont. Max. id nominis primi, & centum tredecim Patrum, qui in ſynodo Romæ in Conſtantiniana baſilica celebrata luculenter ipſam Apoſtolicam regulam communem uitam interpretati ſunt, atque obſeruandam clericis propoſuerunt, conſtituto in hac uerba decretò, quod operæ pretium fuerit hoc loco recenſere, id uerò eſt. Et præcipientes ſtatuimus, ut ij prædictorū ordinum, qui eidem prædeceſſori noſtro (Sacerdotes autem, diaconos, ſubdiaconos, nec non Leonem Papam commemorant) obedientes caſtitatem obſeruauerunt, iuxta eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet religioſos clericos, ſimul manducent,

Clerici religioſi canonici regelares ſunt.

Canonici clerici regalares canonici dicti.

monachi regul. primùm dicti à Benedicti ſui regula.

Clerici canonici à canone apoſtolorum.

Clericorū canonicus monachorū regularis ordo appellatur.

Canonicæ mulieres regulares, & Canoniſſe, & moniales vocantur.

et dormiant, et quicquid eis ab eccleſia uenit, communiter habeant; & rogantes monemus, vt ad apoſtolicam uitam ſummoperè peruenire ſtudeāt. Hinc itaq; iure optimo qui in cōmuni degerent vita, ij clerici canonici ab apoſtolorū canone gracè dicti ſunt; cùm monachi ſimiliter ad priſtini inſtituti puritatē & ipſi reuocati regulares primùm à Benedicti ſui regula vocari cœpti ſint, ut ex patrū ferè decretis, tùm maximè ex 3. Arelat. conc. facilè intelligimus, quod cap. 6. clericorum canonicum, monachorū regularem ordinem appellat: ita .n. ſtatuit, Prouidendum neceſſe eſt, ut unicuiq; epiſcopo, qualiter canonici viuere debeant, nec non & monachi, ut ſecundum ordinem canonicū, vel regularem viuere ſtudeant, ut ait Apoſtolus: Vnuſquiſq; in qua vocatione uocatus eſt, in ea permaneat. Et de monachis in Cabilonenſi poſteriore cap. 22. Quod idē de fœminis religioſis oſtenditur, quæ in monaſterijs uel canonicam apoſtolorū, vel monaſticā S. Benedicti regulam profiterētur, ut ex eod. conſtat, ubi cap. 53. ita de ijs decretum legimus. Libuit namq; ſacro huic conuentui quaſdam admonitiūculas breuiter eis ſanctimonialibus ſcribere, quæ ſe canonicas vocant, quoniā hæ, quæ ſub monaſtica regula norma

de-

degunt, totius vitæ ſuæ ordinẽ in eadem, quam profitentur, regulæ ſcriptum habent. Hoc ãt apoſtolicum clericorum genus etſi ſæpius (vt anteà dictum eſt) proclinatũ, ac prolabentem reparatũ deinceps, atq; redintegratum ꝑmultis, pérq; magnis authoribus eſt, idem tamen ſemper ſimplex canonicũ retinuit nomen, quoad Innocent. Pont. Max. qui III. eius nõis fuit, in concilio (Lateranenſe quod uocãt) altero ſub anno à ſalute mundi 215. ſupra milleſimum nouis omnibus tàm hõium, quàm domorũ ſublatis religionibus, ne grauem in eccleſia Dei offenſionem induceret nimia religioſorum hõium diuerſitas, decreto ſuo ſanxit, oẽs quicunq; religionẽ profiterentur, vnamquandam in poſterum ex approbatis, quæ tres id temporis erant, Baſilij, Auguſtini, & Benedicti regulam, ac religionem profiteri oportere: lege concilij caput 13. quod etiam ad verbum habes extra lib. 3. tit. 36. De religioſis domib. cap. vltimo. Ne nimia. Quod idem poſtea anno ferè poſt Innocentium quinto, & quinquageſimo comprobauit, atq; adeò ſanctius cauit Gregorius eo nomine X. in generali concilio Lugdunenſi, id eſt, Ne quis aĩo in poſterum nouum ordinem, aut religionẽ inſtitueret, néue religionis nouæ habitũ aſſumeret,

ſicut à Bonifacio refertur in ſexto lib. 3. tit. 17. qui ſimiliter de religioſis domibus inſcriptus eſt, cap. 1. Nam præter nouos Prædicatorum, & Minoritarum, qui tum primùm à diuo Dominico, & beato Franciſco ſub Innocentij tempora, nec non Eremitarum, diui Auguſtini qui vocantur, & Carmelitarum, qui deinceps ſub Gregorio ipſo exorti in eccleſia fuerant quatuor præcipui mendicantium ordines, multi admodum erant, qui nulla certi authoris approbata religionis regula vterentur, ſed peculiaribus inſtitutis, ac priuatis conſtitutiunculis quibuſdam paßim in agris errabundi in reproba mendicitate viuerent, ob eámq; cauſam errones vocarentur: Atque hinc illud effectum eſt, ut iam tum, cùm religioſi omnes profeſsi à ſuſcepta regula, tùm verò canonici clerici ab ipſa Auguſtini regulares dici cœpti ſunt: quamquam primùm multis ab hinc, id eſt, ferè centum quadraginta annis in concilio Educenſi Gregorio Pont. Max. eius nominis VII. præſidente, vt à Gratiano citatur cauſa 19. quæſt. 3. Nullus Abbas. Ac deinceps apud Vrbanũ II. ut ibidem. Mandamus, & ſtatuimus. nec minus in Lateranenſis prioris ſynodi actis ſub Alexandro III. atque etiam apud Clementem III. vti

Canonici quãdo & vnde regulares dicti.

vide-

videmus extra lib. 5. tit. 3. De ſimonia. cap. 25. De regularibus canonicis. Canonicorum regularium ab Auguſtini, quam ab initio profiterentur, regula conceptum legitur nomen, quod nunquam in his antea auditum fuerat, non quia Auguſtini regula, vnde dicerentur (vti diximus) peculiater iam inde ab authore ipſo ſexcentis quinquaginta amplius ante annis nō vterentur, ſed vel quòd nihil ea præter Apoſtolicam vitam contineret, ordinaretque, quæ res ſatis vnico canonico nomine explicaretur: vel quòd extra monaſteria nec dum canonica penitus interciderat inſtitutio, ut ferè Alexandri, & Innocentij tempeſtate; quæ nimirum tum cauſa fuit, ut ex clericis canonicis regulares dicerētur ij, qui in canone Apoſtolorum iuxta Auguſtini regulam præſtitiſſent: at qui canonicum ſolum nomen retinuiſſent, canonicam verò vitam, & mores quodammodò abieciſſent, ac ſæculi luxum, & rerum dominium repetiuiſſent, ij canonici ſæculares nuncupati ſunt, vt hac à regularibus nota diſcernerentur. Diſcat nunc igitur ex me regulari canonico, diſcat, inquam, noſter præcipuus non contemnendæ alioqui doctrinæ amicus ille, qui ſuperioribus annis tot ſalibus, aut cauillis potius in canonicorum regu-

Canonici ſeculares vnde dici cœpti.

larium nomen ad amaritudinem vſq; luſit, ſeu iuriſperitorũ centuriæ illæ Ferrariæ, Patauij, Ticiniq; comparatæ à Benedicti monachis contra canonicos Auguſtini ſtantes, quæ amico ludendi materiam ſuppeditauere, quaſi ridiculam, ineptam, atq; adeò barbaram locutionem ſugillãtes: diſcant præſtantiſsimũ hocce clericorum genus à canone Apoſtolorum, unde initium ſumpſit, primùm canonicos, deinde verò ab Auguſtini regula, quam illi à reformatione profeſsi ſunt, a patribus rectiſsimè regulares dici cœptos, non quòd vtrumq; à regula nomen & græcum, & latinum eſſe ignorarint; ſed vt altero inſtitutionis apoſtolicæ initium, altero redintegrationis, & eius quidem non Seueri, aut Gelaſii, ſiue cuiuſuis alterius poſteriorum, ſed Auguſtini ipſius ſucceſſum declararent, quaſi ab Auguſtino reparatos, ſeu reſtitutos canonicos dixeris: qua potiſsimũ ratione etiam D. Auguſtini canonicos eoſdem vocatos non dubitamus: tametſi haud ſcio, an rectius canonici Apoſtolorum, apoſtolicìue dici potuerint, vtpote primùm ab Apoſtolis inſtituti. Noſtrum autem hocce non leue documentum, quod vel te teſte adhuc ignoratum fuerat, tibi quiſquis es amice optime tanquam munus, gratiæ inſtar, eſto pro eo,

quod in ſcriptis tuis canonicos noſtros non ſolùm verè antiquitate, & nobilitate; ſed amanter etiam modeſtia prætuliſti. Canonicis Regularibus Lateranenſibus, quæ etiam veritate, atque beneuolentia erratum tuum iſtud in eorum appellatione notanda longè viſus es ſuppleuiſſe: propterea non modò facilè veniam damus; verùm etiam amore redintegrato magis, ac magis diligimus, & amplectamur. Sed vnde longius digreſſa eſt, eo ſe referat oratio noſtra. Diuus quoque Auguſtinus de ſuo ipſius, & clericorũ ſuorum canonico habitu, ac veſtibus diſſerens byrri, et tunicæ lineæ meminit, de cuculla verò, ſiue ſcapulari ne verbum quidẽ fecit: idq; cùm multis in locis, tùm in ſecundo, quem de vita communi clericorum ſcripſit, libro, ut latius à nobis initio explicatum eſt. Quod ſi Auguſtinũ Apoſtolis proximum, ac primum canonicæ diſciplinæ reſtauratorem cucullæ nuſpiam monaſtici habitus in habitu canonico, ſiue clericali cõmemorando tanq̃ alienæ, et impropriæ meminiſſe compertum eſt, profectò nobis vtique Auguſtini canonicis cucullam, aut ſcapulare minimè conuenire, ac proinde perperam ante vſurpatam, nunc à patribus noſtris rectiſsimè abrogatã cucullam nobiſcũ optimus Conſtõnes tres canonic. regul.

Ratio 4. à regula, ſiue à cõſtõniDus.

quiſque, ſapientiſſimúsq́; comprobauit. Porrò ſecundũ Auguſtinum alij multi ſanctiſs. patres, religioſiſſimi viri canonicũ eundem ordinem à priſca regula ſimiliter, ut diximus, ac diſciplina Apoſtolica multis partibus deficientem, ac propè iacentem redintegrandum, excitandúmq́; curarunt, inter quos tres præcipui nominis extitere à nobis etiam ſuperius nominati, quorum omni cùm pietate, tùm diſciplina regulari refertas etiam nunc præ manibus habemus regulas, ſiue conſtitutiones: hi verò ſunt, Petrus Rauennas Canonicæ Portuenſis inſtitutor, rectórq́; præclariſs. Paſchale altero eius nomine Pont. Max. Item Hugo non Pariſienſis ille celeberrimus doctor cognomento de ſancto Victore, qui etiam commentaria in D. Auguſtini regulam edidit; ſed Archiepiſcopus Nicoſienſis, qui (vt antea etiam ſignificatum eſt à nobis) in agro Piſano regulares Auguſtini canonicos non ita multò poſt Portuenſem conſtituit, præclara ibi ſub titulo D. Auguſtini canonica inſtituta, quam ipſi in præſentia habemus cõgregationi noſtræ iam pridem religionis iure copulatam. Tertius verò Benedictus eius nominis XII. Pont. Max. ſub anno à mundi ſalute circiter tricenteſimo, quatrageſimo

Petrus Rauen.

Hudo de S. Victore.

Vgo Archieps Nicoſienſis.

Benedictus XII. Pont.

ſupra milleſimum, qui omnes in ipſorum antedictis conſtitutionibus canonicis ſuis non ſolùm tunicam lineam, ſiue ſuperpellicium, ſiue cottam, ſiue rocchettum eam dixeris, quem vel eſſentialem habitū, vel ſimpliciter habitum appellare ſoliti ſunt, tamq̄ initio Apoſtolis attributum confirmarunt, comprobarúntq; verùm etiam cætera omnia veſtimenta, quibus illis vti fas eſſet, præſcripsêre, in quibus mantela, rondelli, elocbiæ, capæ, paludamenta, tunicæ, interulæ, fœmoralia, diploides, calligæ, pedulia, ſubtalaria, culcitræ, capitialia, linteoli, cultræ, coopertoria, lenæ, pelliciæ, almutiæ, capitia, giraldelli, fiſcones, materatiæ, & ſi quæ ſunt id generis alia, commemorantur, nulla vſpiam cucullæ, ſcapulariſue mentione facta; quæ ſanè duo poſtrema ſapientiſsimi viri non prætermittenda ſibi putaſſent, ſi quid ad clericorum habitum, ſiue veſtitum facere exiſtimaſſent: quanquam omniū inſtar eſt, atq; alios omnes longè authoritate ſuperat Aquiſgranēſe, cuius ante meminimus, concilium, quod primū omnium longè ante Petrum, atque alios, quos commemorauimus, canonicarū legum conditores, cùm non modò ad cònfirmandos, continendósq; in regulari propoſito, atque officio, ſed meliore quoque, ac Canonicorū Regulariū veſtes, & ſepelectil.

certiore via dirigendos ſui temporis canonicos clericos animum appuliſſet, non peculiarem illum quidem canonicorum lineum habitum ſuperpellicium, ſiue rocchettum attigit, qui certus eſſet, & omnibus integer, atque uſitatus; ſed generatim de moderato veſtium cultu ex Chriſti verbis, ex Apoſtolorũ ſententijs ex Patrum decretis, atq; ex ipſa ratione cùm diſſeruiſſet, ſpeciatim cap. 125. proximè ſequenti canonicis cucullæ abuſum, qui paſsim iam tum irrepſiſſe videbatur, interdixit: nam rationibus multis perperam, et cõtra eccleſiaſtica inſtituta id fieri, vt cucullati incederent canonici, demonſtrauit, & in poſterum ne fieret peculiari decreto cauit, quo in extremo ita ſtatutum legimus. Et quia huiuſcemodi cucullæ vſus nulla authoritate probatur, ſed potius ab ijs, qui ſanum ſapiunt, meritò reprehẽditur, & repudiatur oportet, vt, ab hinc ne fiat, penitus inhibitum ſit. Quamobrem ſi ipſi veri ſine controuerſia ulla, atq; germani Auguſtini clerici, ſiue canonici ſumus, idq; memoria annorũ amplius quadringentorum; rõne uerò, et perſpicuis coniecturis, quas facilè ex antiquis monaſterij noſtri Bono. monimentis colligere licet, plus mille, id eſt, iam inde ab Auguſtino ipſo, uel ab Auguſtini diſcipulo, et ca-

nonico Gelaſio, profectò non tantùm ex ordinis natura, et inſtitutione, quas diximus; verùm ẽt ex reformatione, redintegretionéue conſtat, in nobis nec debuiſſe, nec potuiſſe ullo pacto conuenire, et propterea ſapientiſsimè à patribus noſtris nunc demũ ſublatam fuiſſe cucullam: Adde verò quintam à præcepto, ſeu traditione collectam rõnem: nam Benedict. Pont. in ſuis, quas antea cõmemorauimus, conſtõnibus, ubi de forma, & honeſtate habitus, et veſtimentorũ ſcribit, quatuor maximè modis ſecernere à canonico habitu lineo, ac prohibere cucullam, ſeu ſcapulare videtur. Nã illud primùm iubet, ne canonici extra ſepta eccleſiarũ, monaſteriorum, ſiuè locorum ſuorum egreſsi vllas alias ſuper ipſorũ habitu, ſupindumentis uidelicet (ut ipſe loquitur) lineis ueſtes ferant, quàm capas, ſeu mãtela honeſta, vel rondellos, aut elochias, quæ oĩa idem ferè ſunt, atq; eandẽ propè habere rõnem uidentur. At canonici noſtri ſuper habitu ſuo lineo non capã, aut cętera euiſmodi proximè ferunt, ſed cucullã, ſiue ſcapulare; ergò contra Pontificis præceptum: id autem nefas eſt, amouenda igitur omnino à canonico ordine noſtro monaſtica indumenta optimè à noſtris ſtatutum eſt Patribus ſcapulare, ſiue cucullam.

Ratio 5. à pcepto ſeu traditione.

Deinde retrò contrario ordine idem ibidem decernit, vt eadē regularia loca egreſsi ſub capis, & cæteris id generis antedictis veſtibus, ijdē ſuperpellicijs utantur: at verò ipſis ſub eiuſmodi non rocchetto, ſed cuculla, ſcapulariue proximè contra Pontificis decreta planè vtimur: quod quia ſimiliter haud licère ſtatutum eſt, propterea corrigendum iam fuit, & cuculla prorſus abroganda. Tertio verò loco ſtatuit Pontifex, vt veſtis iſta habitui proxima rotunda circūquaq; ſit, et integra, nō ſciſſa, nec vlla ex parte reciſſa: quod idem (vt præcepti vim magis intelligas) peculiari decreto ſtatuerat ante hunc Clemens Pont. ex concilio Vienenſi, vt legimus Clem. 3. tit. 10. De ſtatu mon. cap. Statuimus. §. Sit etiam. vbi hæc traduntur. Sit etiam veſtis ipſa rotunda per circuitum, & non ſciſſa. Verùm cuculla, ſiue potius ſcapulare, quoniam totū vtrinque à lateribus apertum, ac ſciſſum eſt, propterea à Pontifice tanquam incongruum canonico viro, ac indecorum indumentum, & anteà vetitum, nunc iure optimo auferendum modis oībus fuiſſe liquet. Poſtremò cùm cauerit idem, & pœnis, ac cenſuris grauioribus animaduertendum mandarit in canonicos eos, qui publicè canonicum habitum ſuperin-

dumenta linea temerè occultarent,quonam obſecro iure canonici noſtri præſcriptas ab eo pœnas effugerent, qui cucullam canonicum lineum habitum totum adoperientem,occultantémq; in publico ambulantes ſub capa ferrent, niſi monaſticum indumentum modò errore, atque abuſu patefacto deponere animum induxiſſent? Idipſum præterea ex eo clarius quoque perſpicias licet, quòd canonicum habitum paſsim eodem conſtitutionum loco ſuperindumenta linea Pontifex appellat: ſiquidem verbi ea vis, atque notio eſt, quam etymologiam græci dicunt, vt nullum aliud prorſus ipſi ſuperimponi habitui, quòd ipſe cæteris omnibus ſuperimponatur veſtibus, oportere indumentum ſignificet, quod ipſum ne fortè tanquam antiquum nimis, ac propè deſitum obijcias, idem ferè recens confirmarunt noſtra ætate ſancti patres in concilio Senonēſi anno à ſaluatore nato viceſimo octauo ſupra milleſimum quingenteſimum concilij parte poſteriori, vbi de clericorum, canonicorúmue moribus agitur, & togam lineam canonicis regularibus non ſubter veſte quacunque, ſed ſuper exteriore ueſtitu omni ferendam vbique ſanxerunt. Sic enim cap.22. decretum reliquerūt. Et ne notorium illum abuſum, quo

nonnulli regularem apoſtaſiam incurrendo ſine habitu regulari, etiam in publicum incedere non erubeſcunt, ſub diſsimulatione pertranſire videamur, ſtatuimus, vt canonici regulares de cætero ſuper veſte exteriori togam lineam tàm intra, quàm extra monaſterium ferre oĩnò teneantur. Quãobrem ſuperimpoſita nobis quondam ab re cuculla iure, ac meritò & detrahenda modò fuiſſe, et patres noſtri non temerè, ſed ſapienter, conſultóq; feciſſe uidẽtur, qui detrahẽdam eam magno, atq; incredibili oĩum conſenſu, applausúque ſtatuêre. Porrò ad hæc oĩa perſpexiſſe facilè dixerim, quã ſuperius attulimus Aquiſgranenſis ſynodi canonicã regulam, quo loco id ſcriptum habet, quod ẽt ſuperius citauimus. Et quia huiuſmodi cucullæ vſus nulla authoritate approbatur, ſed potius ab ijs, qui ſanum ſapiunt, meritò reprehenditur, ac repudiatur. At nemo planè ſana, atq; integra mente ſacroſanctis Pontificũ legibus, et conciliorum decretis non pareat, ac pœnas imminentes vltrò non effugiat, præſertim cùm de his patres ijdem in priori concilij parte de fide decernentes ita cap. 3. in extremo ſtatuerint, vt dicerent: Sancta, et inuiolabilis eſt ſacrorum conciliorum uniuerſaliũ authoritas, cui quiſquis ꝑtinatius

refragatur, hoſtis fidei iure optimo cenſeri debet. Non igitur animi leuitate quadam, aut vanitate permoti, quemadmodum nonnullos falsò obijcere audimus, ſed certa potius ratione, atq; conſilio, ac rei dignitate inducti cucullam, ſcapularéue ab ordine amouère nuper Patres noſtri, Pontificum, quin etiam Chriſti ipſius decretis obtemperaturi: nam de ijs in Petri, ac diſcipulorum omnium perſona ab eo pronuntiatum hunc in modum eſt. Qui vos audit, me audit. Neq; .n. propterea verendum illud eſt, in quo nobis occurritur à quibuſdam, ne offendiculo ſit inſolentia, et improuiſa quodammodo rei mutatio, ſiquidem nulla offendiculo eſſe res poteſt, quæ rōne, et authoritate nitatur: quemadmodū depoſitam à canonicis noſtris fuiſſe cucullam ratione primùm ex eo perſpicuum ſit, quòd conuenienter, et ex apoſtolica traditione (vt initio oſtendimus) factū id eſt. Deinde authoritate; et duobus hoc ipſum modis: altero q̄d ordini noſtro iam inde à principio res huiuſmodi ſuas in canonica noſtra familia ternis generalibus comitijs conſtituere in hunc vſque diem vel peculiari priuilegio datum à Romana eccleſia, penes quam ſummam canonum concedendodorum, et rerum oīum diſpponendarū æquitatis ha-

bita ratione, facultatem eſſe non dubitamus, vel perpetuo vſu obſeruatum eſt à patribus noſtris, qui pietate, & religione ſua canonicum eundem ordinem eo prouexêre, ut nulli neque clauſtrali dignitate, neque religione regulari quicquam ordini concedamus. Nam quibus hodie regulis, ac legibus à Giſelerio, & Stephano redintegrati ordinis, & inſtituta congregationis huius authoribus vniuerſa regitur canonica hac ſaluatoris Reſp. & gubernatur, ea omnes inſtituta ijs auſpicijs, atque ordinata ſunt: altero modo, quòd noſtram hanc cuculla deponenda deliberationem, etſi ſatìs, ſupérque per ſe, quibus diximus rationibus, conſiſtere uideatur; attamen ſanctiſsimo Patri, & Domino noſtro Pont. Max. probandam reſeruauimus, probatámq; recepimus. Itaq; qua temerè, prauè, ac inſolenter obtruduntur, ea ferre offenſionem, atque odium importare; qua verò contra conſilio, ratione, & authoritate geruntur, ea nunquã non gratiam, & laudem conciliare authoribus conſueuerunt; alioquin ſi res nullas nouas probaret, et ab offendiculo ratio vendicaret, & authoritas, profectò nequicquam, & ab re dictum illud videretur, quod ſapientium ferè in ore verſatur, nempe nouis incidentibus in-

com-

commodis, noua prouidenda eſſe, atque adhibenda remedia; & adhuc ſub priſcis illis rudioribus legibus, & agreſtibus ritibus, ſi nullæ penitus formatæ, nullæ traditæ deinceps mortalibus meliores fuiſſent, ageret vniuerſum hominum genus: cùm nihilominus tamen compertum habeamus, alia tempora alios neceſſariò mores ferre: nec ſolùm nõ eoſdem ſemper mortales eſſe, ſed (quæ mortaliũ ſunt) ſenſus quoque, voluntates, conſilia, & opiniones; quin etiam victum, veſtitum, mores, conſuetudines, ac inſtituta omnia ſucceſſu temporis commutari; & magno quidem, ac immortali propè honore dignos ſemper habitos fuiſſe eos, qui magno, atque elato animo, ubi res tulit, ac publica vtilitas poſtulauit, ſublatis veteribus, ac minus vtilibus, nouas pro hominum honeſtate, dignitate, vtilitate, ac ſalute è re nata leges, atq; uſus attulêre: vt de Mercurio eo, qui Trimegeſtus dictus eſt, apud Ægyptios; de Amphione apud Thebanos; apud Athenienſes de Dracone, atque Solone; de Licurgo apud Lacedæmonios, & de alijs apud alios paſsim in vniuerſo orbe accepimus. Sic ſacri Imperatores, benemoratæ Reſp. atq; optimi principes à mundi initijs, nouis condendis legibus, atque ſtatutis,

prouidendum imperijs, populis, ciuitatibus ſuis, & illorum vtilitati, atq; commoditati pro tempore conſulendum putauêre. Sic etiam ſacroſancti venerãtorum patrum in ſpiritu Dei congregati cœtus, concilia quæ dicuntur, ſic ſanctiſs. ſumma authoritate præditi Pontifices Max. deinceps à diuinis Apoſtolis dilectam Chriſto familiam, ſanctámq; eccleſiam recentioribus regulis, decretis ritè iuuandã, inſtaurandámq;, ordinandã, ornandam, amplificãdámq; curauêre. Atq; ita quidem illud plane efficitur, vt cùm tot, támq; præclaris, & illuſtribus rationibus, ac ſuprema authoritate conſtituta res ipſa noſtra fuerit, & comprobata, quæ oĩa ſuperius à nobis ſatis explicata videntur; verendum minimè ſit, vt ne offendiculo cucullæ depoſitio iſta nemini fore cenſeatur, ſed potius veluti honeſta quædam, vtilis, iuſta, conueniens, ac neceſſaria canonico inſtituto prouiſio, & ordinatio collaudetur, comprobetur, commendetúrq; ab vniuerſis. Huc autem ſexta accedit à iure communi petita ratio: ſiquidem id omnes iuris Pontificij ſentiunt periti, canonicorum regularium habitum eſſe tunicam lineam, atq; eam non ſub cuculla, ſiue ſcapulari, ſed ꝓximè ſub capa, ſiue mantelo canonicos omnes geſtare ſolitos: quod ma-

Ratio 6. à iure cõmuni.

ximè

ximè probatur Io. Andreæ ſententia in Clem.1.tit.3.de ele.et ele.po.cap.1.Cùm rationi.vbi per concilium Vienenſe cauetur, ne quis religioſus vir eligi ad prælaturam alterius habitus, vel religionis potis ſit. Ita enim hoc in verbo, Habitus, præclariſſimus ſcribit doctor. Non dicit coloris, per quod videtur, quòd omnes regulares canonici, qui profitentur regulam Auguſtini, licèt varient in colore; quia aliqui habent colorem nigrum, alij album, alij chryſeum, alij miſtum; inuicem elegi poſſunt: quod videtur maximè, quia dicitur ipſorum habitum eſſe lineã togam, quam ſub capa deportant. Hanc autem doctorum omnium opinio, atque ſententia, cùm ab ipſa ratione, tùm maximè ex ijs, quæ proximè ex Clemente, & Benedicto attulimus, ſumpta perſpicitur, cui ſanè quantúmuis doctum, quantúmuis argutum fas eſt contradicere neminem. Cùm igitur conſtitutum illud omnibus ſit, canonicos regulares pro ſuo ipſorum eſſentiali habitu togam lineam habere, eàmque ſub capa deportare ſolitos, palàm eſt hactenus à nobis haud leuiter erratum, qui togam lineam non ſub capa, vt iure communi ſtatutum eſt, ſed ſub cucullà, ſcapulariue (vt peculiaris neſcio quæ noſtra nobis adhuc

perſuaſit opinio) deportare multis ab hinc annis conſueuimus. Igitur cum communi hoc omnium argumento à canonico inſtituto monaſtica excludatur cuculla; communi etiam patrum noſtrorum conſilio, conſensúq; non perperam, ſed rectiſsimè excluſam à canonica familia noſtra fuiſſe cucullam, ſtatuendum eſt, idq; meritò tum à pontifice ſanctiſsimo, tum à ſapientiſsimo quoque viro comprobandum eſſe conſilium, atque deliberationem. Succedit modò ab exemplo communi, ſiue ab vniuerſo vſu ſeptima deprompta ratio, quando in omnibus quidem canonicis regularibus tunica pura linea viſitur, in nullis cuculla, ſeu ſcapulare, vnis nobis exceptis, quos tamen perperam id, & imprudenter accepiſſe ex eo conſtat, quod vni ex omnibus accepimus. Id autem per quàm facilè intelligamus, ſi omnes intueamur, atque diſcutiamus eiuſce profeſſionis viros: fuerunt enim noſtra memoria canonici Nicoſienſes ab Vgone (vt anteà attigimus) profecti: item Lucenſes S. Angeli in monte, qui ambo non ita pridem in congregationem noſtram aſciti in vnam, eandémq; familiam conuenêre. Extant præterea in præſentia canonici S. Spiritus Venetijs, Mantuæ etiam S. Marci: florent con-

Ratio 7. ab exemplo cõi, ſiue ab vniuerſo vſu

ſimi-

ſimiliter canonici alij, qui initio à Phrygionaria, nūc à Lateranenſi appellantur eccleſia. Verſantur deniq; etiam nūc Romæ canonici regulares Luſitani, (vulgus Portugallenſes dicit) quibus nos etiam annis ſuperioribus familiariter in noſtro monaſterio Romano S. Petri vſi ſumus, multa etiam nuper cum his de canonici ordinis ratione contulimus: atque in ijs omnibus tunicam lineam, ſuperpellicium in his, in illis roccbettum videmus; ac cucullæ, ſiue ſcapularis nomen ne fando quidem in illis audimus. Quin etiam cùm ad Martini eius nominis V. Pont. Max. vſque tempora nullæ in Repub. chriſtiana eſſent canonicorum familiæ, congregationes modò quas vocant, cuiuſmodi hac noſtra tempeſtate hac D. Saluatoris, & altera, quæ Lateranenſis appellatur, exiſtunt, ſed Canonici ſeorſum ſuas quique domos, atque familias haberent, ſuo quique priuato iure, priuatisq; legibus, & inſtitutis viuerent, ac prælatos ſibi ipſi perpetuos conſtituerent; vnus tamen, atque idem communis omnium habitus erat, colore tantùm nonnihil differens, quòd plerique (vt anteà ex Ioanne Andrea meminimus) nigro, alij albo, nonnulli chriſeo vterentur: & cùm innumeræ propemodùm id tempo-

certiore via dirigendos ſui temporis canonicos clericos animum appuliſſet, non peculiarem illum quidem canonicorum lineum habitum ſuperpellicium, ſiue rocchettum attigit, qui certus eſſet, & omnibus integer, atque uſitatus; ſed generatim de moderato veſtium cultu ex Chriſti verbis, ex Apoſtolorũ ſententijs ex Patrum decretis, atq; ex ipſa ratione cùm diſſeruiſſet, ſpeciatim cap. 125. proximè ſequenti canonicis cucullæ abuſum, qui paſsim iam tum irrepſiſſe videbatur, interdixit: nam rationibus multis perperam, et cõtra eccleſiaſtica inſtituta id fieri, vt cucullati incederent canonici, demonſtrauit, & in poſterum ne fieret peculiari decreto cauit, quo in extremo ita ſtatutum legimus. Et quia huiusſcemodi cucullæ vſus nulla authoritate probatur, ſed potius ab ijs, qui ſanum ſapiunt, meritò reprehẽditur, & repudiatur oportet, vt, ab hinc ne fiat, penitus inhibitum ſit. Quamobrem ſi ipſi veri ſine controuerſia ulla, atq; germani Auguſtini clerici, ſiue canonici ſumus, idq; memoria annorũ amplius quadringentorum; rõne uerò, et perſpicuis coniecturis, quas facilè ex antiquis monaſterij noſtri Bono. monimentis colligere licet, plus mille, id eſt, iam inde ab Auguſtino ipſo, uel ab Auguſtini diſcipulo, et ca-

noni-

nonico Gelaſio, profectò non tantùm ex ordinis natura, et inſtitutione, quas diximus; verùm ẽt ex reformatione, redintegrationéue conſtat, in nobis nec debuiſſe, nec potuiſſe ullo pacto conuenire, et propterea ſapientiſsimè à patribus noſtris nunc demũ ſublatam fuiſſe cucullam: Adde verò quintam à præcepto, ſeu traditione collectam rõnem: nam Benedict. Pont. in ſuis, quas antea cõmemorauimus, conſtõnibus, ubi de forma, & honeſtate habitus, et veſtimentorũ ſcribit, quatuor maximè modis ſecernere à canonico habitu lineo, ac prohibere cucullam, ſeu ſcapulare videtur. Nã illud primùm iubet, ne canonici extra ſepta eccleſiarũ, monaſteriorum, ſiue locorum ſuorum egreſsi vllas alias ſuper ipſorũ habitu, ſupindumentis uidelicet (ut ipſe loquitur) lineis ueſtes ferant, quàm capas, ſeu mãtela honeſta, vel rondellos, aut elochias, quæ oĩa idem ferè ſunt, atq; eandẽ propè habere rõnem uidentur. At canonici noſtri ſuper habitu ſuo lineo non capã, aut cętera eiuſmodi proximè ferunt, ſed cucullã, ſiue ſcapulare; ergò contra Pontificis præceptum: id autem nefas eſt, amouenda igitur omnino à canonico ordine noſtro monaſtica indumenta optimè à noſtris ſtatutum eſt Patribus ſcapulare, ſiue cucullam.

Ratio 5. à ꝑcepto ſeu traditione.

Deinde retrò contrario ordine idem ibidem decernit, vt eadē regularia loca egreſsi ſub capis, & cæteris id generis antedictis veſtibus, ijdē ſuperpellicijs utantur: at verò ipſis ſub eiuſmodi non rocchetto, ſed cuculla, ſcapulariue proximè contra Pontificis decreta plane vtimur: quod quia ſimiliter haud licère ſtatutum eſt, propterea corrigendum iam fuit, & cuculla prorſus abroganda. Tertio verò loco ſtatuit Pontifex, vt veſtis iſta habitui proxima rotunda circūquaq; ſit, et integra, nō ſciſſa, nec vlla ex parte reciſſa: quod idem (vt præcepti vim magis intelligas) peculiari decreto ſtatuerat ante hunc Clemens Pont. ex concilio Vienenſi, vt legimus Clem. 3. tit. 10. De ſtatu mon. cap. Statuimus. §. Sit etiam. vbi hæc traduntur. Sit etiam veſtis ipſa rotunda per circuitum, & non ſciſſa. Verùm cuculla, ſiue potius ſcapulare, quoniam totū vtrinque à lateribus apertum, ac ſciſſum eſt, propterea à Pontifice tanquam incongruum canonico viro, ac indecorum indumentum, & anteà vetitum, nunc iure optimo auferendum modis oībus fuiſſe liquet. Poſtremò cùm cauerit idem, & pœnis, ac cenſuris grauioribus animaduertendum mandarit in canonicos eos, qui publicè canonicum habitum ſuperin-

dumenta linea temerè occultarent, quonam obſecro iure canonici noſtri præſcriptas ab eo pœnas effugerent, qui cucullam canonicum lineum habitum totum adoperientem, occultantémq; in publico ambulantes ſub capa ferrent, niſi monaſticum indumentum modò errore, atque abuſu patefacto deponere animum induxiſſent? Idipſum præterea ex eo clarius quoque perſpicias licet, quòd canonicum habitum paſsim eodem conſtitutionum loco ſuperindumenta linea Pontifex appellat: ſiquidem verbi ea vis, atque notio eſt, quam etymologiam græci dicunt, vt nullum aliud prorſus ipſi ſuperimponi habitui, quòd ipſe cæteris omnibus ſuperimponatur veſtibus, oportere indumentum ſignificet, quod ipſum ne fortè tanquam antiquum nimis, ac propè deſitum obijcias, idem ferè recens confirmarunt noſtra ætate ſancti patres in concilio Senonēſi anno à ſaluatore nato viceſimo octauo ſupra milleſimum quingenteſimum concilij parte poſteriori, vbi de clericorum, canonicorúmue moribus agitur, & togam lineam canonicis regularibus non ſubter veſte quacunque, ſed ſuper exteriore ueſtitu omni ferendam vbique ſanxerunt. Sic enim cap. 22. decretum reliquerūt. Et ne notorium illum abuſum, quo

nonnulli regularem apoſtaſiam incurrendo ſine habitu regulari, etiam in publicum incedere non erubeſcunt, ſub diſsimulatione pertranſire videamur, ſtatuimus, vt canonici regulares de cætero ſuper veſte exteriori togam lineam tàm intra, quàm extra monaſterium ferre oĩnò teneantur. Quãobrem ſuperimpoſita nobis quondam ab re cuculla iure, ac meritò & detrahenda modò fuiſſe, et patres noſtri non temerè, ſed ſapienter, conſultóq; feciſſe uidētur, qui detrahēdam eam magno, atq; incredibili oĩum conſenſu, applausúque ſtatuêre. Porrò ad hæc oĩa perſpexiſſe facilè dixerim, quã ſuperius attulimus Aquiſgranenſis ſynodi canonicã regulam, quo loco id ſcriptum habet, quod ēt ſuperius citauimus. Et quia huiuſmodi cucullæ vſus nulla authoritate approbatur, ſed potius ab ijs, qui ſanum ſapiunt, meritò reprehenditur, ac repudiatur. At nemo planè ſana, atq; integra mente ſacroſanctis Pontificũ legibus, et conciliorum decretis non pareat, ac pœnas imminentes vltrò non effugiat, præſertim cùm de his patres ijdem in priori concilij parte de fide decernentes ita cap. 3. in extremo ſtatuerint, vt dicerent: Sancta, et inuiolabilis eſt ſacrorum conciliorum uniuerſaliũ authoritas, cui quiſquis ꝑtinatius

refra-

refragatur, hoſtis fidei iure optimo cenſeri debet. Non igitur animi leuitate quadam, aut vanitate permoti, quemadmodum nonnullos falsò obijcere audimus, ſed certa potius ratione, atq; conſilio, ac rei dignitate inducti cucullam, ſcapularéue ab ordine amouêre nuper Patres noſtri, Pontificum, quin etiam Chriſti ipſius decretis obtemperaturi: nam de ijs in Petri, ac diſcipulorum omnium perſona ab eo pronuntiatum hunc in modum eſt. Qui vos audit, me audit. Neq; .n. propterea verendum illud eſt, in quo nobis occurritur à quibuſdam, ne offendiculo ſit inſolentia, et improuiſa quodammodo rei mutatio, ſiquidem nulla offendiculo eſſe res poteſt, quæ rõne, et authoritate nitatur: quemadmodũ depoſitam à canonicis noſtris fuiſſe cucullam ratione primùm ex eo perſpicuum ſit, quòd conuenienter, et ex apoſtolica traditione (vt initio oſtendimus) factũ id eſt. Deinde authoritate; et duobus hoc ipſum modis: altero q᷑ ordini noſtro iam inde à principio res huiuſmodi ſuas in canonica noſtra familia ternis generalibus comitijs conſtituere in hunc vſque diem vel peculiari priuilegio datum à Romana eccleſia, penes quam ſummam canonum concedendodorum, et rerum oĩum diſponendarũ æquitatis ha-

bita ratione, facultatem eſſe non dubitamus, vel perpetuo vſu obſeruatum eſt à patribus noſtris, qui pietate, & religione ſua canonicum eundem ordinem eo prouexère, ut nulli neque clauſtrali dignitate, neque religione regulari quicquam ordini concedamus. Nam quibus hodie regulis, ac legibus à Giſelerio, & Stephano redintegrati ordinis, & inſtitutæ congregationis huius authoribus vniuerſa regitur canonica hæc ſaluatoris Reſp. & gubernatur, eæ omnes inſtitutæ iјs auſpicijs, atque ordinatæ ſunt: altero modo, quòd noſtram hance cucullæ deponendæ deliberationem, etſi ſatis, ſupérque per ſe, quibus diximus rationibus, conſiſtere uideatur; attamen ſanctiſsimo Patri, & Domino noſtro Pont. Max. probandam reſeruauimus, probatámq; recepimus. Itaq; quæ temerè, prauè, ac inſolenter obtruduntur, ea ferre offenſionem, atque odium importare; quæ verò contra conſilio, ratione, & authoritate geruntur, ea nunquã non gratiam, & laudem conciliare authoribus conſueuerunt; alioquin ſi res nullas nouas probaret, et ab offendiculo ratio vendicaret, & authoritas, profectò nequicquam, & ab re dictum illud videretur, quod ſapientium ferè in ore verſatur, nempe nouis incidentibus in-

commodis, noua prouidenda eſſe, atque adhibenda remedia; & adhuc ſub priſcis illis rudioribus legibus, & agreſtibus ritibus, ſi nullæ penitus formatæ, nullæ traditæ deinceps mortalibus meliores fuiſſent, ageret vniuerſum hominum genus: cùm nihilominus tamen compertum habeamus, alia tempora alios neceſſariò mores ferre: nec ſolùm nõ eoſdem ſemper mortales eſſe, ſed (quæ mortaliũ ſunt) ſenſus quoque, voluntates, conſilia, & opiniones; quin etiam victum, veſtitum, mores, conſuetudines, ac inſtituta omnia ſucceſſu temporis commutari; & magno quidem, ac immortali propè honore dignos ſemper habitos fuiſſe eos, qui magno, atque elato animo, ubi res tulit, ac publica vtilitas poſtulauit, ſublatis veteribus, ac minus vtilibus, nouas pro hominum honeſtate, dignitate, vtilitate, ac ſalute è re nata leges, atq; uſus attulere: vt de Mercurio eo, qui Trimegeſtus dictus eſt, apud Ægyptios; de Amphione apud Thebanos; apud Athenienſes de Dracone, atque Solone; de Licurgo apud Lacedæmonios, & de alijs apud alios paſsim in vniuerſo orbe accepimus. Sic ſacri Imperatores, benemoratæ Reſp. atq; optimi principes à mundi initijs, nouis condendis legibus, atque ſtatutis,

prouidendum imperijs, populis, ciuitatibus ſuis, & illorum vtilitati, atq; commoditati pro tempore conſulendum putauêre. Sic etiam ſacroſancti venerãtorum patrum in ſpiritu Dei congregati cœtus, concilia quæ dicuntur, ſic ſanctiſs. ſumma authoritate præditi Pontifices Max. deinceps à diuinis Apoſtolis dilectam Chriſto familiam, ſanctámq; eccleſiam recentioribus regulis, decretis ritè iuuandã, inſtaurandámq;, ordinandã, ornandam, amplificãdámq; curauêre. Atq; ita quidem illud planè efficitur, vt cùm tot, támq; præclaris, & illuſtribus rationibus, ac ſuprema authoritate conſtituta res ipſa noſtra fuerit, & comprobata, quæ oĩa ſuperius à nobis ſatis explicata videntur; verendum minimè ſit, vt ne offendiculo cucullæ depoſitio iſta nemini fore cenſeatur, ſed potius veluti honeſta quædam, vtilis, iuſta, conueniens, ac neceſſaria canonico inſtituto prouiſio, & ordinatio collaudetur, comprobetur, commendetúrq; ab vniuerſis. Huc autem ſexta accedit à iure communi petita ratio: ſiquidem id omnes

Ratio 6. à iure cõmuni.

iuris Pontificij ſentiunt periti, canonicorum regularium habitum eſſe tunicam lineam, atq; eam non ſub cuculla, ſiue ſcapulari, ſed ꝓximè ſub capa, ſiue mantelo canonicos omnes geſtare ſolitos: quod ma-

ximè probatur Io. Andreæ ſententia in Clem.1.tit. 3.de ele.et ele.po.cap.1.Cùm rationi.vbi per concilium Vienenſe cauetur, ne quis religioſus vir eligi ad prælaturam alterius habitus, vel religionis potis ſit. Ita enim hoc in verbo, Habitus, præclariſſimus ſcribit doctor. Non dicit coloris, per quod videtur, quòd omnes regulares canonici, qui profitentur regulam Auguſtini, licèt varient in colore; quia aliqui habent colorem nigrum, alij album, alij chryſeum, alij miſtum; inuicem elegi poſſunt: quod videtur maximè, quia dicitur ipſorum habitum eſſe lineã togam, quam ſub capa deportant. Hanc autem doctorum omnium opinio, atque ſententia, cùm ab ipſa ratione, tùm maximè ex ijs, quæ proximè ex Clemente, & Benedicto attulimus, ſumpta perſpicitur, cui ſanè quantúmuis doctum, quantúmuis argutum fas eſt contradicere neminem. Cùm igitur conſtitutum illud omnibus ſit, canonicos regulares pro ſuo ipſorum eſſentiali habitu togam lineam habere, eàmque ſub capa deportare ſolitos, palàm eſt hactenus à nobis haud leuiter erratum, qui togam lineam non ſub capa, vt iure communi ſtatutum eſt, ſed ſub cuculla, ſcapulariue (vt peculiaris neſcio quæ noſtra nobis adhuc

ſimiliter canonici alij, qui initio à Phrygionaria, nūc à Lateranenſi appellantur eccleſia. Verſantur deniq; etiam nūc Romæ canonici regulares Luſitani, (vulgus Portugallenſes dicit) quibus nos etiam annis ſuperioribus familiariter in noſtro monaſterio Romano S. Petri vſi ſumus, multa etiam nuper cum his de canonici ordinis ratione contulimus: atque in ijs omnibus tunicam lineam, ſuperpellicium in his, in illis roccheltum videmus; ac cucullæ, ſiue ſcapularis nomen ne fando quidem in illis audimus. Quin etiam cùm ad Martini eius nominis V. Pont. Max. vſque tempora nullæ in Repub. chriſtiana eſſent canonicorum familiæ, congregationes modò quas vocant, cuiuſmodi hac noſtra tempeſtate hac D. Saluatoris, & altera, quæ Lateranenſis appellatur, exiſtunt, ſed Canonici ſeorſum ſuas quique domos, atque familias haberent, ſuo quique priuato iure, priuatisq; legibus, & inſtitutis viuerent, ac prælatos ſibi ipſi perpetuos conſtituerent; vnus tamen, atque idem communis omnium habitus erat, colore tantùm nonnihil differens, quòd plerique (vt anteà ex Ioanne Andrea meminimus) nigro, alij albo, nonnulli chriſeo vterentur: & cùm innumera propemodum id tempo-

ris familiæ, ſiue domus eſſent canonicorum, nullos tamen de millibus inuenias, etiam ſi omnia patrum decreta, omnia antiquitatis monumenta, omnia ſapientium dicta, & ſcripta perſcruteris, qui ſcilicet tunicæ lineæ canonicæ monaſticam ſuperinduerint cucullam, ſiue ſcapulare, niſi qui ſemel Ludouico Pio Auguſto imperante in concilio Aquiſgranenſi, de ipſo ſæpius ante hoc in errore deprenſi ſimul, atque emendati traduntur; quos tamen in eo etiam ſuperare quodammodo uoluiſſe videantur ſubſecuti patres noſtri, quòd non cucullam tantùm, ſiue ſcapulare temerè priores ſumpſerint; verùm etiam poſteriores latum, & ad imos vſque pedes protenſum geſtare conſueuerint, quaſi verò canonici habitus, quo nihil ſanctius, nihil auguſtius, aut venerabilius eſt, eos puderet, pœniterétque, vt eius ſplendorem cucullæ ſquallore, quaſi obducta nube quadam obſcurare, & repugnante ordinis natura, Apoſtolicis inſtitutis, maiorum diſciplina, patrum præceptis, iure communi, ſanctorum exemplis, atque adeò diuis omnibus aduerſantibus, ſe ipſi occulere, atque alios ſimulare voluerint. Id enim rei, & abuſus iſtius propè indignitas effecit, vt modò non doctis, & ſapientibus viris ſimul, &

popularibus, atque indoctis hominibus vel irridendi noſtri, uel calumniandi ordinis inſignem ſemper anſam præbuerint; quippe qui hoc ipſo moleſtiſſimo cucullæ, ſiue ſcapularis iniectò ſcrupulo, verine, ac germani Auguſtini canonici dicendi, atque habendi eſſent, vel maximè dubitarint; nihil planè, aut parum certè iuuantibus Calliſto eius nominis III. & Iulio II. Pontifi. Max. ſapientiſsimis viris, qui priuatis decretis, ac præcipuis priuilegijs iampridem nos veros, atq; indubios Auguſtini clericos nequicquam declarauiſſe videntur, refragante uidelicet adhuc (ut diximus) omnium mortaliũ opinione, atque ſententia. Iam verò cùm ipſi ſoli ex omnibus, vel antiquis, vel recentioribus canonicis cucullam ſuperinduerint, id profectò hoc ſingulari diſcrimine ſignificatum voluiſſe videntur, ſe alijs omnibus vel meliores, vel deteriores habendos: At illud verò arrogantiæ, atque ſtultitiæ ſit; id quod etiam egregiè ſignificauit Ioannes Caſſianus de monachi veſte agens his uerbis: Quicquid .n. inter famulos Dei præſumitur ab uno, uel paucis, nec catholicè per omne corpus fraternitatis tenetur, aut ſuperfluum, aut elatum, & propter hoc noxium iudicandum eſt, magiſque ſpeciem ua-

nitatis, quàm virtutis oſtentans. Et paulò poſt: Generali namque (inquit) omnium conſtitutioni paucorum non debet præponi, nec præiudicare ſententia: quod idem ferè, licèt breuioribus, expreſſerunt in canonica regula, Caſsiani fortaſſe ſententiam, atque doctrinam ſecuti, Aquiſgranenſis concilij patres, qui capite 124. ita habitus diuerſitatem in vno canonico ordine reprobarunt, vt dicerent. Non ſpecialiter præſumi debere ab aliquo, quod non generaliter teneatur ab omnibus, id eſt; ne plus iuſto cultior veſtis, nec inſolita, atque deformis: quia in vtroque illorum aut elationis, aut certa ſimulationis noxa, pateſcit. Optime igitur noſtris nunc viſum illud eſt patribus quoque, vt ne in nobis quidem, ſicuti nec in cæteris canonicis quibuſcunque rocchetto vero, ac naturali habitui ſuperimponatur poſthac cucullà, ſiue ſcapulare, vtpote ſicuti monachis, aut Heremitis etiam congruum in primis, atque decentem habitum ita canonicis alienum maximè, & indecorum veſtimentum.

Ratio 8. ab ignominia.

Verùm octaua hoc loco ab ignominia ſuboritur ratio; ea verò eſt, quòd quam noſtram quidam vanis verbis, fictisq; rationibus nobis ornatus cauſa ſuperadditam, & quaſi inſigne quoddam clauſtrale

præ-

præcipuo ſedis apoſt. munere donatam cucullã iacta re, atq; hoĩes perſuadere conati ſunt, hanc nunq̃ ca nonico regulari, niſi ignominia, atq; dedecoris cauſa attributam patrum ſcriptis proditũ eſt. Nam cum Gregorius eius noĩs VII. Pont. Max. anteà quondam decreto ſuo cauiſſet, ne quis Abbatum, aut Monachorum quorumcunq; Canonicos regulares à canonico propoſito abduceret, & ad monachatum pertraheret, ſuſciperétque, ob eam fortaſſe cauſam, ut ne canonica dignitas quodam imminui modo ui deretur, anathematis uinculo conſtrictos eos uolens, qui hoc in genere deliquiſſent; non ita multò poſt Vrbanus eius nominis II. canonicos ipſos à monachatu ad canonicum ordinem reuocandos præcepit, ea adiecta pœna, ut qui defeciſſet, is poſtremum in choro ſubiret locum, & quam à monachis temerè accepiſſet cucullam, hanc deinceps in delicti notam id eſt, (ut ibi Ioannes Andreas ſuper uerbo, Memorialem exponit) prioris maleficij ratione ferret. Lege apud Gratianum cauſa 19. quæſt. 3. Nullus Abbas. &, Mandamus. ita enim hoc poſteriore habès loco. Mandamus, et uniuerſaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter profeſſus, niſi (quod abſit) publicè lapſus fuerit, monachus efficia

tur: quòd ſi decreto noſtro contraire præſumens agere tētauerit, ad ordinem canonicum præcipimus, ut redeat, & deinceps memorialem cucullam deferat, & ultimus in choro ſedeat, quem eundem canonem adduxiſſe nos anteà diximus pro re nata Innocentium Tertium extra lib. 1. tit. 14. de æta. & qua. & ord. præ. cap. Intelleximus. Ita ut hinc vel maximè conſtet, quanto decori monacho, tanto turpitudini canonico eſſe cucullam: quo nimirùm concilij canonica ſpectaſſe toties à me repetita regula videtur cap. 125. cùm dicit: Sicut enim turpe eſt, virum ueſtem muliebrem, & mulierem veſtem uirilem induere; ita valde indecorum eſt, canonicũ ueſtem monaſticam induere, niſi tamen cum veſte etiam propoſitum voluerit aſſumere. Non ab re igitur dimittendam ſuam iam monachis ſtatuimus cucullam, quippe quam canonico nunquam uiro, niſi noxio, et profeſſionis ſuæ deſertori pœnæ cauſa irrogatam, & quaſi dedecoris inuſtam notam uidemus. Libet autem hoc loco paulisper, ne ab re quidem, euagari, & poetarum etiam floſculis inſperſam rationem hanc noſtram odoratiorem quodammodo, gratioremque faſtidioſis, ac moroſis (ſi qui ſunt) efficere. Legimus enim etiam bruta, atque

iumenta ipſa laudis quodã inſtinctu moueri, quemadmodum de equo hoc in genere cecinit Poeta in Georgicis. Georg. 3. *Ergò animos, aeuúmq; notabis*
Præcipue; hinc alias artes, prolémq; parentum,
Et quis cuiq; dolor victo, quæ gloria palmæ.

Hanc autem gloriæ naturam ab effectu eleganter oſtendit; perſequitur enim.

Non ne vides, cùm præcipiti certamine campum
Corripuêre, ruúntq; effuſi carcere currus?
Cùm ſpes arrectæ iuuenum, exultantiáq; haurit
Corda pauor pulſans? Illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora; volat vi feruidus axis:
Iámq; humiles, iámq; elati ſublime videntur
Aera per vacuum ferri, atq; aſſurgere in auras;
Nec mora nec requies; ut fuluæ nimbus arenæ
Tollitur, humeſcunt ſpumis, flatúq; ſequentum,
Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.

Et paulò poſt de ijſdem.

Tum magis, atq; magis blandis gaudere magiſtri
Laudibus, & plauſæ ſonitum ceruicis amare.

Contra uerò de pudore victi Tauri inferius.

Victus abit, longéq; ignotis exulat oris
Multa gemens ignominiam, plagáſq; ſuperbi
Victoris, tùm quos amiſit inultus amores.

Quod ſi tantùm vel laudum ſpe ducuntur, vel ignominiæ metu etiam muta animalia commouentur, qui fieri poterit, vt homines ipſi, & quidem ſacri, & præcipuo ordine cohoneſtati homines infamiæ, atque ignominiæ notas haud abhorreant, ac deteſtentur? Valeat igitur etiam beatiſſimo domino noſtro approbante, collaudantéq; ab inſtituto canonico, faceſſátq; in perpetuum, vt nuper patres noſtri ſanctorum patrum doctrinam, atque decreta ſecuti voluère, cuculla, ſcapularéue. Iam verò

Ratio 9. ab authoritate.

nona ab authoritate ratio eſt. Nam ſi quis eſt, qui nihil tot iam à nobis, ac tantis adductis ſuperius rationibus moueatur, is demum Pauli eius nominis IIII. Pont. Max. authoritate moueri debet, cui quem vel dicendi copia, vel intelligendi facultate, & rerum ſacrarum ſcientia anteponas, omnium Pontificum, qui eum à Gregorio Magno præceſſère, inuenias profectò neminem. Is autem noſtris hiſce, vel alijs fortè pluribus, ac melioribus adductus rationibus cùm hanc diuerſorum habituum in noſtris indecentem miſturam, et quaſi confuſionem quandam notaret, canonicos noſtros acuto dilemate tùm in publicis conuentibus ijs, quos inquiſitionis ſacræ cauſa Romæ actitabat, tùm in

Paulus Pontifex Max. cui ſciētia p̄clarius.

Pauli pōtificis dilema argum.

priuatis colloquijs è re nata perſtringere ſolebat. Idem autem, quoniam non ab re fuerit, ad verbum referre libet. Religioſi iſti (argumentabatur ille) cuius planè ordinis ſint, neſcimus: nam ſi canonici ſunt, non conuenit cuculla; ſi monachi, non rocchettus: quemadmodum monuiſſe nos ſæpius amicum noſtrum Barengum, qui Romæ tum illi à breuibus erat; & in primis à probitate vitæ, & doctrinæ puritate clarum Aloyſium Lippomanum Veronæ Epiſcopum; nec minus pietate, ac virtute inſignem iuuenem Alfonſum Caraffam Cardinalem ampliſsimum Pontificis huiuſce ex ſororis filio pronepotem; atque eundem congregationis noſtræ (vt nunc loquimur) protectorem optimum, qui ſe idem vel centies de magni auunculi ore audiuiſſe nobis pluries retulit percunctantibus. Sunt præterea non nulli apud nos non aſpernandæ fidei, & authoritatis, nec vltimæ dignitatis patres, qui ſe idipſum ſæpius ab ijſdem, atque ab alijs multis Pontificis familiaribus amicè referētibus accepiſſe profitentur: Cùmque Pontifex talis, ac tantus fuerit Paulus, profectò magnam quandam, & eximiam vim, grauitatémq; eius habet authoritas, ita vt facilè per ſe id efficere videatur, ut de cuculla abrogāda eodem

Bareng. à breuibus

Aloyſius Lippomanus doctrina, & pietate præcipuè Veronæ Epiſcopus.

Alfonſus Caraffa Card. protector.

ipſi modo confirmemus, quo de Pythagora diſcipuli ſui ſoliti eſſent, cùm nullam aliam, præterquàm ꝙ ipſe dixerat, ſententiæ ſuæ rationem afferrent. Quid quod ſuperiore anno ꝑ huius proximum ſucceſſorem affecta, ac penè confecta res eſt? Nam nobis ipſis procurantibus, poſtulantéq; nunquam ſatis laudato, atq; omnium virtutum genere cumulato, & eodem nobiliſsimo purpureato patre Franciſco Gonzaga Ferrandi filio Cardinali ampliſsimo ſacræ familiæ noſtræ, & ipſo protectore præclariſsimo, qui non ita multò poſt, dum camitia pontificia in Vaticano aguntur, aluo cita, quam ex itineris labore, & incommodo contraxerat conſumptus, & magna pietatis, ſanctitatiſque ſuæ ſigna edidit, & triſtiſsimum nobis, ac bonis omnibus ſui deſiderium reliquit. Pius huius nominis Quartus Pontifex Maximus cucullam ipſam non modò ordini noſtro adeptam voluit, ſed Cardinalis quoque ipſius, ac patrum noſtrorum in eo conſilium, atque prudentiam plurimùm commendauit: tametſi inſecutus mox improuiſus Pontificis interitus, extrema nec dum decreti ipſius literis impoſita manu, negotium nobis infectum in hodiernum vſque diem retardauit; vt nihil iuterim de Iulio eius no-

Franciſc. Gonzaga ꝓtector, de quo ſatis multa in ſupiore lib. diximꝰ, hic rurſũ meritò commendamus.

Pius IV. Pôt. Ma.

minis

minis altero Pont. Max. eodémq; de eccleſiaſtica Repub. optimè merito non dicamus; qui licèt ſua memoria priuilegio ſcapulare hoc comprobare viſus ſit, poſtmodum tamen primus omnium ipſius in nobis abuſum animaduertit, & (ut apud nos locupletiſsimi adhuc teſtes ſunt ordinis prælati quidam Urbanus Ferrarienſis, D. Mariæ Magdalenæ Mirandulæ; & Vitus Brixianus, D. Ioannis Euangeliſtæ in vrbe veteri patres) nobis cucullam ipſam, ſiue ſcapulare certo conſilio adimere cogitauit; & feciſſet profectò, niſi ipſi, dum conficiendæ rei modum captat, unà cum alijs tantò maioribus, ac grauioribus (licèt nec exigua iſthac, nec leuiſsima foret) hanc etiam redintegrãdis nobis canonici habitus cogitationem importuna, & inopinata, ut anteà ſignificauimus, ademiſſet, auertiſsetq; mors. At nullus, mea qnidem ſententia, fortior, nullus antiquior negotij huiuſce peragendi unquam extiterit modus, quàm quem modò in præcedentia cauſa ſua ſponte offerre congregationi occaſio viſa eſt; quam quidem vti fortiſsimè, ita ſapientiſsimè deo, diuiſq; oĩbus benè iuuantibus, comprehẽdiſſe patres noſtri perſpiciuntur. Nam ſi Martinus V. Eugenius IIII. Calliſtus III. & quem paulò ante cõme-

Iulius II. Pon. Ma. optimè meritus.

Vrbanus Ferrariẽ. Vitus Brixianus teſtes locupleũſ.

Marti. V. Enge. IV. Galli. III.

Iulius II. *morauimus, Iulius II. (vt cæteros omnes, qui his vel præceſſerunt, vel ſucceſſerunt romanos Pontifices miſſos faciamus, qui canonicum ordinem noſtrum redintegrarunt, confirmarunt, declararunt, conſeruarunt, amplificarunt) ſuis decretis, & priuilegijs ampliſsimis id efficere non poterunt, ut ne tot maximi Principes, tot grauiſsimi, atq; doctiſsimi viri, omne denique hominum genus de nobis, noſtróq; ordine aut perperam iudicarint, aut fruſtra dubitarint, quos nunc obſecro, ſola nominis oſtentatione, & perſuaſione quadam inani nos cucullam in canonica profeſsione tueri, aut canonicum regularem cucullatum demonſtrare, comprobaréue in poſterum poſsimus, etiam ſexcentis præcedentiæ freti, & communiti ſententijs? niſi unà cum debita nobis loci prærogatiua, priſtini quoque habitus rationem repetiuiſſemus? & unde vel hominum inſcitia, aut imprudentia; vel maiorum noſtrorum incuria, aut ſimplicitate; vel temporis ipſius iniuria, aut neceſsitate; vel potius his omnibus ſimul de cauſis excidiſſe uidebamur, canonici ſtatus dignitatem pariter, atq; habitum redintegraſſemus, recuperaſsemúsq;? Quod ſi parum fortaſſe valet, aut non adeò conſtat, quæ plurimùm tamen valeat*

opor-

oportet, & conſtat; Iulij, Pauli, & Pij authoritas, ac ſapientia, nihil certè non valeat neceſſe eſt ſacroſanctæ Aquiſgranenſis ſynodi maieſtas, & in ſynodo Imperatoris Pij Auguſti hortatu, atq; opera editæ canonicæ regulæ authoritas, ac fides; quam ipſi nobis ad noſtras haſce rationes omnes vel conſtituendas, vel conſtabiliendas firmiſſimum ſuppoſuimus fundamentum. Hæc autem hunc ipſum iam tum in ſancta Apoſtolorum canonica familia inualeſcentem cucullæ abuſum tollendum curauit, & cum multis præclaris, atq; perſpicuis argumentis canonicis nullo pacto, ſed ſolis monachis induendam eſſe cucullam docuiſſet, hoc decretum ſuum, atque ſententiam fine concluſit, vt diceret: Oportet vt ab hinc ne fiat, penitus inhibitum ſit. Decima autem ab exemplo, vsúque noſtro peculiari in monaſterijs ſanctæ Mariæ Renanæ, & D. Saluatoris Bononienſibus extat ratio. Nam ſatis compertum, & publicis literarum monimentis confirmatũ eſt, primos in monaſterijs illis patres noſtros ſimiliter, vt cæteros canonicos iam inde ab ordinis initio lineum ſemper habitum, id eſt, rocchettum, nulla adhibita cuculla, ſcapulariue, ducentos octua ginta amplius annos induiſſe, ſi ad primam eorum

Ratio 10 ab exemplo, vſuq; peculiari

Innocentius II. ordinē Canonic. in S. Mariæ Renanæ Bononiēſis cōuentu anteà inſtitutū cōfirmauit. Gualter. Archieps Rauēnæ. Hēricus Epiſcop⁹ Bonon:

idem memoriam ſpectemus; ſed quadringētos ferè ſupra mille, ſi ordinis canonici originem primam intueamur. Siquidem Innocentius eius nominis ſecundus Pont. Max. canonicum ibi Auguſtini ordinem & authoritate confirmaſſe, et priuilegijs auxiſſe perhibetur anno ſalutis humanæ 1136. Idem quoque Gualterius Rauennæ Archiepiſcopus, & Henricus Bononiæ Antiſtes eodem tempore fecere; quem tamen ordinem diu anteà, id eſt, (ut ipſi ſuo loco facilè demonſtrabimus) iam inde ab Auguſtino, vel certè ab Auguſtini diſcipulo, & canonico Gelaſio ibidem viguiſſe, ijdem locupletiſsime decretis ſuis teſtatū reliquerunt. Id āt cùm ritè ſcitéque fecerint maiores noſtri; nos āt ab vſitato ipſorum, et uniuerſi canonici ordinis habitu incōſultò diſceſſerimus, quo tempore Gregoriani illi recentes canonici à monaſterio Ambroſiano vnà cum monaſterio ipſo huc tranſlati à maioribus his noſtris Bononienſibus, ſiue ab uno Giſelerio eorum uniuerſam familiam referente, ſuſceptiq; fuere; prouidendum omnino nunc tandem, atque in primis curandum patribus noſtris pro ipſorum prudentia, atq; religione fuit, ut ne cuculla in nobis diutius notaretur, reprehenderetúrq;, ſed priſtinum, antiquum, apoſto-

licum, angelicum, ac verè diuinum habitum integrum reciperemus, atq; repeteremus. Neq; verò eſt, cur nobis longum in canonicis noſtris ſecundum Giſelerium, Stephanúmq; cucullæ, ſiue ſcapularis vſum quisq̃ obiectet, cùm is rationi maximè repugnare pſpiciatur, et abuſus rectius dicendus, q̃ uſus ſit. At ſi quis tamen hoc in genere apud nos vſus iſtius rõnem habendã contendat, iam nobiſcum plane is facere uideatur, propterea qđ multò lõgior pura tunica lineæ, q̃ aduẽticia cucullæ, ſiue ſcapularis vſum extitiſſe perſpicuum ſit; ut optimè illam nunc demũ quaſi iure quodam poſtliminij recepiſſe, et nõ nouam recentis habitus rõnem adinueniſſe, ſed priſtini iura, vſúmque veterem renouaſſe uideamur. Nam ſi uetuſtioribus ẽt illis vſq; ad Auguſt. authorem, ac patrẽ noſtrum temporibus prætermiſsis, ſolam primã ex literarum noſtrarum monimẽtis memoriã intueamur, bis tantùm ferè ſolam tunicam lineam habuimus, quàm cucullã adiecimus; illam .n. ritè trecentũ viginti minus anteà (ut diximus) geſtauimus, hanc vix centum quinquaginta plus fermè decem annos uſurpauimus. Siue igitur rationẽ, ſiue vſum reſpicias, rectiſsimè patres noſtros depoſita cuculla, purum, atq; conſpicuum retinuiſſe

rocchettum, velis, nolis, fateare neceſſe eſt. Quòd ſi quis adhuc haud ſatis rōnis huiuſce compos obſtinato pergat animo, & præſentē vſum mordicus ſibi retinendum putet, nihil aliud contra, quàm quod ſancti patres, præcipui religionis Chriſti doctores, ac teſtes dixerint, afferam. Nam patefacta ex ijs, quæ vel anteà diximus, vel poſteà dicturi ſumus, rei noſtræ veritate, ac ratione; quid ſibi agendum hac in diſputatione, aut contentione potius ſit, viderit, qui obſtinatione ſibi prævalendum exiſtimet. Sic enim ſanctiſsimus epiſcopus, atque idem glorioſus martyr Chriſti Cyprianus ad Iubaianum de hæreticis baptizandis ſcribens loquitur. Proinde fruſtra quidam, qui ratione vincuntur, conſuetudinem nobis apponunt, quaſi conſuetudo maior ſit veritate, aut non fuerit in ſpiritualibus ſequendum, ſi melius fuerit à ſancto ſpiritu reuelatum. Et in concilio Carthaginenſi ſub Cypriano Caſtus Epiſcopus à Sicca. Qui contempta veritate præſumit conſuetudinem ſequi, aut circa fratres inuidus eſt, & malignus, quibus veritas reuelatur; aut circa Deum ingratus, cuius inſpiratione eccleſiæ eius inſtruuntur. Item Liboſus ab Agra: in euangelio Dominus. Ego ſum (inquit) veritas: non di-

xit ego ſum conſuetudo. Itaque veritate manifeſtata, cedat cōſuetudo veritati. Nec minus Zoſimus à Tharaſſa. Reuelatione facta veritatis, cedat error veritati, quia & Petrus, qui prius circuncidebat, ceſsit Paulo veritatem prædicanti: quos omnes locos toties Auguſtinus in libris de baptiſmo producit, & approbat; quamuis cuius cauſa ab authorib: ipſis afferuntur, non approbet; tùm maximè vbi ita ait: Veritate manifeſtata cedat cōſuetudo veritati. Planè quis dubitet veritati manifeſtæ conſuetudinem cedere? Item nemo conſuetudinem rationi, & veritati præponat, quia conſuetudinē ratio, et veritas ſemper excludit. Hæc autem omnia ferè à Gratiano collecta leguntur diſtinct. 8. At enim quid præſentius, quid efficatius, quàm tritum illud ferè apud doctos decātatum Iſidori hoc in genere afferri queat? Vſus authoritati cedat; prauum vſum & lex, & ratio vincat: quod ab eodem quoque refertur diſt. 11. Vſus, vt quanta vi polleat ueritas, quámque vſui dominetur ratio, videant; ac perſpecta iam, atque explorata Dei benignitate quadam ſingulari ratione, præclarè, laudabilitérq; patres noſtros obtemperaſſe, obſecutósq; fuiſſe, intelligant omnes, quicunque huiuſce illorum

conſilij rationem diſcutiendam ſibi ſtatuère. Nam ſicuti, cùm nec dum (quæcunq; ea fuerit cauſa) ſatis quicq̃d id fuerit errati animaduertiſſent, excuſatione, ac venia digni habiti ſunt patres noſtri; ita propemodum nunc re planè cognita, atq; comperta, ne culpa quidem, & ea maxima vacaſſent; ac niſi corrigendũ id, emendãdúmq; prouidiſſent, corrigẽdi ipſi utiq; atq; emẽdandi maiori authoritate fuiſſent iuxta Cypriani eiuſdem ad ſententiã ſuam ipſius approbandam ibidem ſubiecta uerba. Ignoſci (inquit diuus ille martyr) potuit ſimpliciter erranti, ſicut de ſe ipſo dicit Paulus Apoſt. Qui primò (inquit) fui blasfemus, et perſecutor, et iniurioſus; ſed miſericordiam merui, quia ignorans feci. Poſt inſpirationem verò, et reuelationem factam, qui in eo, quod errauerat, pſeuerat prudens, et ſciens, ſine venia ignorantiæ peccat; præſumptione .n. atq; obſtinatione ſuperatur: quæ oĩa Gratianus itidem commemorat, atque recenſet diſt. ead. Conſuetudo. §. Idem. Quamobrem etiam ſi unà cum rocchetto canonico monaſticam patrum permiſſu retinere cullã liceret; nullo tamen id pacto, ut retineremus, cõmittendũ ſit. Neq; .n. tanti monaſtica, aut heremitica ſordes (ut Hieronymi verbo utamur) eſt, ut

canonico quicq; officere, aut detrahere permittenda ſit candori, tantò illa quidem anteriori, melioriq;, quãtò clericatus, ſacerdotijue dignitas populari, ac profana cõditione illuſtrior eſt, atq; præſtãtior: Vndecima poſtremo ſeſe ratio offert loco cæteris oĩbus longè pulchrior, atq; præſtantior, quæq; cæteras oẽs comprehendere rõnes videtur. Ea ãt à certa, ac definita ſanctæ eccleſiæ ſententia uenit, cui nemo tàm vecors, nemo tàm imprudens ubiuis christiani nominis fuerit, qui repugnare audeat, aut non parere non erubeſcat. Nam eò vſq; perſpicua, & grauis, ac illuſtris eſt, ut omnes uel obſtinationis, uel ambiguitatis, vel ignorantiæ tenebras ab hominum animis diſcutere, ac ꝓpulſare potis ſit. At ſi quis fortè curioſus adhuc non ſatis oĩno rationibus prædictis contentus quæſierit, qui cedo patres mei, qui meliores inquam fuere, vel qui nobis cucullam iſtã olim geſtandam impoſuere, uel qui nunc demum auferendam putauere? ratus nimirùm fateri oportere; meliores illi, vnde illud fiat neceſſe ſit: Ergò rectius cuculla impoſita, q̃ ablata. At ò cur mihi reſpondendi locus conceſſus tunc nõ eſt, ut uolui, ut linguã moui, quod ſi per uerbum licuiſſet, fieri uix potuit, ut pius, probus, et religioſus ſi quis anteà uir

Ratio 11. à definita Eccleſiæ ſentẽtia.

tàm pia, tàm proba, tàm religioſa ſententia, ac rõni non aquieuerit, quam in præſentia, qua ſummiſſione dicetur, afferam: nam & ille perfunctæ rei gloriam nunc maximam haberet, nos repub. felice, ac beata frueremur, cum illius memoria ſempiterna. Verùm ut ad rem, id eſt demiſſum anteà ſermonem reuertamur, & quid in eo temporis articulo cogitaui, nunc quia fas eſt, exoluam: non ita quidem cõcluſerim ego, quiſquis contradixeris, ſed bona tamen venia tua pater mi, pluribus omiſſis, quæ pro pluribus tuendis, quàm excuſandis adduci hoc loco poſſint; ne longum faciam vnum illud Salamonis, quaſi Aiacis clypeum obtendam, quo haud ſcio, an quicquam dici poſſit congruentius, atque ualidius. Eſt autem locus eccleſiaſtis cap. 7. vbi ſapiens ille commonefaciendi cauſa ita propemodum ſcriptum reliquit. Ne dicas, quid putas cauſa eſt, q̃d priora tempora meliora fuère, quàm nunc ſunt: ſtulta enim eſt huiuſmodi interrogatio. Huius autem ſententiæ ſenſus ne cui fortaſſis obſcurior videri, aut ambiguus poſſit, cùm eccleſiaſticus author perſpicuè admodum declarat, ac palàm facit, ubi cap. 39. ſic exponit. Omnia opera domini bona, & omne opus hora ſua ſubminiſtrauit. Non eſt dicere,

hoc illo nequius eſt: omnia enim in tempore ſuo cõpropabuntur: & nunc in omni corde, & ore collaudate nomen domini. Cuculla igitur olim abſq; dubio ſimplicitate à paucis quibuſdam aſſumpta cùm ſit, nunc ſcientia depoſita eſt: quod ſi ſimplicitas, & ignoratio excuſabilis tunc dicenda, & probanda fuit; multò magis ſcientia commendabilis, & pietas nunc habenda ſit. Quod igitur tot à nobis modo laboribus, & uigilijs conquiſitum, tot rationibus comparatum fuerat, id una ſanctorum patrum ſententia ſeptingentis quinquaginta anteà annis (ſic Deo Opt. Max. rei noſtræ iuuandæ cauſa uolente) conſtitutum, comprobatum, ac definitũ comperimus, ita ut nullus iam de cuculla ab ordine atq; inſtituto canonico ſubmouenda dubitandi, nullus tergiuerſandi, nullus excuſandi, aut inficiendi, aut non parendi relictus cuiquam locus ſit. Nec omnino vanitas, aut temeritas, ſed prudentia potius, atq; religio ea dicenda ſit, quòd patres noſtri prouidendum his tandem temporibus noſtris, atque in primis curandum putarint, ut ne cucullam diutius indueremus: nec noui illi quicquam induxiſſe, ſed priſca potius iura, & priſtinum habitum ſuum repetiuiſſe, atq; apoſtolicum inſtitutum reſtauraſſe

perſpiciantur. Sed vt ad rem noſtram veniamus, cùm olim anno à ſalute mundi octingenteſimo tertio decimo; Carolo Magno Galliæ Rege Romanorum imperium regente, multa in cõcilio Mocontiaco pro re eccleſiaſtica reparanda, et præſertim canonicorum clericorum vita, ac moribus conformandis deliberata fuiſſent; atq; altero poſt anno defuncto Carolo; Ludouicus filius huius nominis I. in regno, atque imperio ſucceſsiſſet, cuius etiam biennio ante fuerat à patre ſucceſſor declaratus, Carolo nõ cæteris modò regijs virtutibus compar, verùm ẽt manſuetudine, ac pietate eo vſq; ſuperior, vt Pius cognomento dictus ſit, tertio Imperij anno Stephano eius nominis IIII. Pontificem agente, apud Aquiſgranum (Batanodurum antiqui dixère) inferioris Germaniæ vrbem imperij tùm ſedem, & domiciliũ congregato patrum generali conuentu, quæ anteà ſub parente Mocuntiæ inchoata uidebãtur, perficienda, atq; exequenda curauit. Nam inter alia, q̃ à ſacroſancta ſynodo Imperatoris perſuaſu, tùm ſanctè, tùm ſapienter ſancita ſunt, canonicorũ clericorum; nec non virginum canonicè; id eſt, in cõi vita pro monaſterijs degentium ſtatus omni ex parte redintegratus, atq; ordinatus eſt: ſiquidem

ibi duo potiſsimum patres decreta condidère, quorum alterum ad canonicos, ad ſanctimoniales, quas canonicas, ſeu canoniſſas dixère, alterum pertineret: atq; ea tùm ex Auguſtini, tùm ex aliorum ferè ſanctorum patrum, et canonum dictis tanq̃ floſculis quibuſdã elegantioribus excerptis contexta vtriſq; inſtar regulæ obſeruanda in poſterũ ſua authoritate tradidère. Ea de re cùm multi egregij hiſtoriæ ſcriptores meminère, tùm verò Vincen. in lib. Hiſtoriale ſpeculũ quod uocant, ex Hugone refert de Imperatore Ludouico Pio ita loquente. Congregatis nempe Ep̃s, et nobiliſsimis viris fecit componi, et ordinari librũ canonicam formã continentem. Videtur tamen Ludouicus (ut p̃diximus) librũ hunc ſiue regulam non tàm formandam, q̃ reformandã, & meliore ordine digerendam, illuſtrandámq; curauiſſe; quòd eadem ferè haud multò ante in concilio ipſo tractata, et decreta videbantur: quam eandem regulã propterea alij (ut ſuperius attigimus) librum quinq; capitulorũ dicere maluerũt, fortaſsis quòd quinque tantùm capitibus ante contineretur, quàm ampliore, ac perfectiore forma ea, quàm nũc præ manibus habemus, dilatandam Pius procuraſſet. Horum ſententiam ſecutus videtur Vin-

centius idem, ubi rurſum eodem in argumento, quæ Sigisbertus ſcripſit, adiecit. Anſegiſus (inquit) Abbas Lodienſis edita Imperatoris Caroli magni, & Ludouici filij eius ad eccleſiaſticam legem pertinentia in duobus libellis digeſſit: nempe binas ſignificans canonicorum uirorum, & canonicarum fœminarum regulas. Diuus quoque Antonius licet nonnihil in tempore, & in pontifice uel ipſe, uel ipſius ſcriba oberrarit; vel mendam impreſſor induxerit; diligentius tamen hac de re ſcripſit in hæc verba. Ludouicus in exordio ſui imperij eccleſiarum ſtatum diligenti cura pertractans legem conſtituit, ut Chriſti miniſtri non eſſent humana ſeruitute obnoxij. Statuit etiam vt unaquæque eccleſia ſuos haberet ſumptus communiter viuendi, ne alicuius auaritia eccleſiaſtico miniſterio abuteretur ad quæſtum; nec propter inopiam cultus diuinus negligeretur. Similiter per ſingula cœnobia ſtipendia ſtatuit monachorum. Ob hanc igitur cauſam anno imperij ſui ſexto (tertio tamen dicendum fuit ex concilij ipſius proœmio) apud Aquiſgranum iuſſit congregari ſynodum omnium prælatorum, et Abbatum, & aliorum ſui imperij clericorum propter ſtatum, & utilitatem fidei, præſidente Papa Gre-

gorio (et hic pro Stephano ſuppoſitus Gregorius uidetur) IIII. & inter cætera, quæ in illo concilio & piè, & ſanctè ſtatuta ſunt, decretum eſt, ut Epiſcopi, & clerici nec pretioſis, nec ſericis veſtibus, neq; balteis aureis, & gemmatis vterentur: monſtro namque ſimile eſſe dicitur, & impietatis crimine arguitur, ſi eccleſiaſticæ deputatus familiæ aſpirare conetur ad eius pompam gloriæ ſecularis. Cæterùm hoc ipſum concilium, ſiue hæc ipſa à me toties anteà repetita regula, licèt in vniuerſo cōciliorum corpore unà cum concilijs alijs omnibus edita circumferatur, nuper tamen Bononiæ in bibliotheca noſtra D. Saluatoris in vetuſto admodum codice in membranis accuratiſsimè exſcripta nobis diuinitus magis, ceu cœleſtis quidam theſaurus reperta, quàm ingenio, aut opera noſtra adinuenta eſt, dum ibidem redintegrādæ canonicæ dignitatis, habitúſque, nec non cucullæ pro comitijs noſtris generalibus, quæ perendino die futura erant, deponendæ rationes omnes, & argumenta inſtruimus, & comparamus unà cum Leonardo Malaſpina Florentino, qui Romæ nuper vita cum morte commutata magnum nobis ſui deſiderium reliquit: & Ioſepho Bergomio, ac Floriano Picininio Mirandu-

Leonardus Malaſpina. Ioſephus Borgon. Florian⁹ Picinini⁹

lanis,

Stephan. Conuen.

lanis, nec non Stephano Conuentio Bononienſi omnibus canonicis noſtris viris probatiſs. ſimul atque doctiſsimis, et canonicæ profeſsionis obſeruatiſs. mihi ãt non religione modò, ſed ſtudijs quoq; et amicitia coniunctiſs. fratribus. Porrò ea eſt regulæ huius phraſis, & ſtylus, ut priſcam ibi, & ſermonis ſimplicitatem, et animi pietatem uel facillimè agnoſcas, eámq; à patribus uerè in ſancto ſpiritu congregatis profectam intelligas. Eſt autem capitibus centum quadraginta quinque diſtincta, cuius centeſimum viceſimum quartum, quod eſt de moderato veſtium cultu; & conſequens centeſimum viceſimum quintum de ipſamet propoſita re noſtra, nempe de cucullæ in canonicis abuſu, etſi in uulgata editione (ut ante diximus) in promptu paſsim habentur; attamen quando conciliorum quidem codex non omnibus patet, vt una hac, & ea exigua impenſa hanc etiam ſuppellectilem his omnibus hunc ipſum in vſum paratam habeat, ea unà cum ipſius regulæ proœmio operæ pretium me facturum putaui, ſi hic ſubijcerem, quo tu pater ampliſsime prodefenſor optime omnia vno in conſpectu collecta habeas, vnde facilius & regulæ huius vim, & omnem inſtituti noſtri, & cucullæ abrogandæ rationem per-

ſpicias, probes, conficias, quando omnes quidem à nobis ante prolatas rationes, etſi concilium in canone omnino non expreſſerit; eas tamen cognouiſſe, & quaſi decreti ſui fundamenta ieciſſe intelligas, ſi quo plurimùm vales ingenij acumine, & iudicio, quæ ibi ab eo ſcripta, atq; ſancita ſunt, ſubtilius perpendas, ac perſcrutère. Sed iam ipſam ſanctam ſynodum in regula pro proœmio, & quas diximus, patribus loquentem, decernentem, ſtatuentémque audiamus.

[illegible] pluribus [illegible] ſolum a moris alicuius [illegible] ores, eiſ [illegible] ultimo in eo-re omnino non [illegible]: eas tamen cognouiſſ, & quaſi decreta [illegible] fundamentum [illegible] ſi quo plurimum [illegible] quæ [illegible] ſcripta [illegible] per-pendas, ac pergere. Sed iam iſſum [illegible] modum in regno, [illegible] & [illegible] tribus loquentem, determinatem, [illegible] audiamus.

IN NOMINE DEI SVMMI.

Incipit Prologus in regulam Canonicam.

CV' M In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Chriſtianiſſimus, ac religioſiſſimus Imperator Ludouicus ſuperno munere victor Auguſtus anno incarnationis Domini noſtri IESV Chriſti octingenteſimo ſexto decimo, indictione decima anno ſiquidem imperij ſui tertio in Aquiſgrani palatio generalem, ſanctúmq; conuocaſſet conuentum, et cæpiſſet ſecundum ardentiſſimam erga diuinum cultum ſibi cœlitus inſpiratam voluntatem multa congrua, & neceſſaria de emendatione ſanctæ Dei eccleſiæ (illius videlicet amore, qui eam ſuo ſancto,

& pretioſo redemit ſanguine, eiq́ ſe ad futurũ uſq́ ad conſumationem pollicitus eſt ſeculi) ſolerter, ac curioſe pertractare, eo vſque inter cætera peruentum eſt, ut eundem ſanctum, & venerabilem Deo annuente aggregatum conuentum conſuleret, immò conſulendo admoneret ſuper quibuſdam eccleſiarum præpoſitis, qui partim ignorantia, partim deſidia ſubditorum curam paruipendebãt, & hoſpitaliiatem minus iuſto diligebant, quid facto opus eſſet: adiunxit etiam monendo, ut quia canonicorum vita ſparſim in ſacris canonibus, & in ſanctorum patrum dictis erat indita, propter ſimplices quoſque, minúsq́ capaces aliquam ex ijſdem ſacris canonibus, & ſanctorum patrum dictis inſtitutionis formam pari voto, pariq́ conſenſu excerperent, per quam patenter prælatorum, et ſubditorum vita monſtraretur, quatenus omnes, qui canonica cenſentur profeſſione, per uiam propoſiti ſui inoffenſo greſſu incederent, et in Chriſti militia deuotius vnanimes, atq́ concordes exiſterent. Sed ut id diuino nutu fieret, Dominum in commune humiliter exorandum præmonuit, vt ſeruorum ſuorũ exorabilibus pulſatus precibus eius admonitionem ſecundrm ſuam uoluntatem fieri, ſuáq́ gratia eam

præcedere, ac ſubſequi dignaretur. Ad quam ẽt admonitionem ſacer conuentus intimo gaudio repletus expanſis in cœlum manibus creatori omnium gratias agens benedixit, quippe qui talẽ, tàm pium, támq; benignum eccleſiæ ſuæ ſanctæ principem, cunctiſq; eius neceſſitatibus ſapientiſsimum, ac deuotiſsimum protulerit curatorem. Suſcipientes ergò libentiſsimè, hilaritérq; eius ſaluberrimam multis, Deo miſerante, profuturam admonitionem, licèt pleriq; auxiliante Chriſto, deuotè, ac religioſe cum ſibi ſubiectis canonicam ſeruent inſtitutionem, & pleriſq; in locis idẽ ordo pleniſsimè ſeruetur; oĩum tamen id animis ſedit, vt ſecundum principis admonitionem vnà diuino freti auxilio, & eiuſdem piiſsimi principis non modico adiuti iuuamine, eius videlicet liberaliſsima largitione, copiam librorum præ manibus habentes ex canonica authoritate, & ſanctorum patrum dictis, veluti ex diuerſis pratis quoſdam floſculos carpentes, hanc inſtitutionis formam excerperent, & canonicis obſeruandum conferrent; vt quorum fortè labore ob tarditatem ingenij, ſeu inopiam librorum ſparſim digeſta difficile comprehendi poſſent, ſolerti ſtudio in eodem opere breuiter congeſta perfacilè ab his reperiri poſſent,

per quam (vt præmiſſum eſt) & prælati recto tramite incedere, & ſubditis normam viuendi abſque ignorantiæ obſtaculo ſalubriter noſſent præbere. Vigilanti ergò ſtudio eandem inſtitutionis formam colligere ſtuduerũt, in qua pleniſsime continetur, qualiter & prælati uiuere, & ſibi ſubiectos regere, eisque eccleſiaſticos ſumptus adminiſtrare, & in Dei ſeruitio conſtringere, benè operantes quoſque ad meliora prouocare, proteruos quoque, & negligentes debeant corripere. Cùm igitur huius inſtitutionis formam coram memorato glorioſo principe prolatam ſacer conuentus laudibus extuliſſet, eccleſiaſtica authoritate fulcitam, laudéq; dignam, & ſanctæ eccleſiæ vtillimam, atque proficuam conſona voce prædicaret, nihilque in ea reprehenſionis ab ijs, qui ſanum ſapiunt, reperiri poſſe profiteretur, ab eodem victorioſiſsimo principe, & ab omnibus, qui aderant, Deo gratias adclamatum eſt. Nec immeritò, quippe qui & occulta ſua diſpenſatione, & gratiſsima inſpiratione præfatum principem, vt id fieri moneret, compulit, & vt ad effectum perduceretur, miſerando adiuuit. Proinde omnium ſententia ſtatutum eſt ab omnibus, qui in canonica profeſſione Domino militant, hanc in-

ſtitu-

ſtitutionis formam tot Eccleſiaſticorum virorum vigilanti ſtudio congeſtam, digníſque præconijs laudatam iuxta virium poſſibilitatem modis omnibus obſeruandam, quatenus hanc, ſiue aliarum ſanctarum ſcripturarum documenta ſedula meditatione perlegentes, & prælati, & ſubditi vocatione, qua vocati ſunt, ope diuina adminiculati infatigabiliter ambulent, & pro tàm pijſſimo principe, qui ob lucrum animarum hoc ſacrum, & venerabile concilium ad hanc formam congerendam, & ſtatuendam ſalutiferis admonitionibus excitauit, modernis, futuriſque temporibus Dei immenſam clementiam iugiter exorent. Nam et in altero libello idem ſacer conuentus, eodem religioſiſſimo Auguſto monente, quandam inſtitutionis formam ex ſanctorum patrum dictis ſtudioſe excerpſit, & in vnum breuiter, ſatiſque congruenter congeſſit, & Sanctimonialibus canonicè degentibus tenendam percenſuit; in qua continetur, quales eis abbatiſſa præferenda ſint, qualiter eiſdem Sanctimonialibus infra clauſtra Monaſterij viuendum, quid à prælatis ſtipendiorum dandum, quibus ea documentis, et virtutum inſtrumentis exornanda ſint; quatenus hac forma viuendi inſpecta, et deo

ſibi adiutorium præbente humiliter ſuſcepta, & efficaciter impleta, cum bonorum operum lampadibus venienti ſponſo apparere, atq; eius thalamum ingredi mereantur.

EXPLICIT PROLOGVS.

VT CANONICI, SICVT IN CÆteris etiam in cultu veſtium modum teneant diſcretionis.

Cap. CXXIIII.

QVÆRERE Deum potius cultu cordis, quàm corporis, euidentibus ſcripturæ ſanctæ inditijs. Proinde Canonicis totis viribus elaborandum eſt, vt & indumenta virtutum habeant interius, & per immoderatum cultum caueant dehoneſtare religionis dignitatem exterius. Quantum etiam à ſuperfluo, & immoderato cultu veſtium ſe compeſcere debeant, multis ſanctorum Patrum documentis perdoceri poteſt. Dicit enim B. Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium: Sunt quidam mei ordinis, quibus omnis cura eſt de veſtibus, ſi benè oleant, ſi pes laxa pelle non polleat; crines calamiſtri veſtigio rotantur; digiti de annulis radiant; & ne plantas humidior via ſpargat, uix imprimunt ſumma veſtigia. Tales (inquit) cùm uideris, ſponſos magis exiſtimato, quàm clericos. Et B.Gregorius: Nemo (inqt) exiſtimet in fluxu veſtium peccatum deeſſe; quia

in hoc ſi culpa non eſſet, nullo modo Ioannem Dominus de veſtimenti ſui aſperitate laudaſſet: ſi cultus ueſtium culpa non eſſet, nequaquam Petrus Apoſtolus per epiſtolam fœminas à pretioſarum veſtium appetitu compeſceret dicens: Non in veſte pretioſa. Penſandum nobis igitur ſummoperè eſt de cultu veſtium, quæ culpa ſit hoc etiam viros appetere, à quo curauit paſtor eccleſiæ & fœminas prohibere. Quapropter oportet canonicos ſanctarum ſcripturarum authoritati parere, ſanctorúmq; patrum documenta uigilanter perpendere, vt humilitatem, quam corde geſtant, actu, habitu, inceſſu, ipſa etiam equitatione religioſiſsimè demonſtrarent, plúsq; velint ſancta conuerſatione, eximiisque moribus, quàm ornatu veſtium fulgere. Si enim more coniugatorum in ſe ornandis nitore veſtium, phaleris equorum, cæteriſque humanæ uanitatis rebus abuſi fuerint, ſcilicet ut ſe ſimilibus vti debere contendant, in quo eorum conuerſatio à laicorum diſtare uidebitur? Hos decet porrò, vt eorum talis ſit ueſtium cultus, qui occaſione uanitatis careat, & nihil nouitatis, nihil ſuperfluitatis redoleat, nihilque reprehenſionis, aut detractionis habeat: non enim ſpecialiter præſumi debet ab ali-

quo,

quo, quod non generaliter teneatur ab omnibus, id eſt, ne plus iuſto cultior veſtis, nec inſolita, atque deformis, quia in vtroque illorum aut elationis, aut certè ſimulationis noxa pateſcit; inter vtrũq; enim virtus diſcretionis moderatiſsimè tenẽda eſt, quæ pleniſsimè in vita B. Auguſtini iu laude illius prolata legitur. Veſtis eius, & calciamenta, vel lectualia ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum; quia his pleriq; vel iactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abijcere ex vtroque, non quæ IESV Chriſti, ſed quæ ſua ſunt quærentes: at iſte (vt dixi) medium tenebat, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinans.

Vt Canonici cucullas Monachorum non induant.

Cap. CXXV.

REprehenſibilem, & Eccleſiaſtica emendatione dignum apud pleroſq; Canonicos inoleuiſſe comperimus vſum, eo quòd contra morem Eccleſiaſticum cucullas, quibus ſolis Monachis vtendum eſt,

induant; cùm vtiq; illorum habitum penitus vſurpare non debeant; à quorum propoſito quodãmodo diſtant. Quia ſicuti indecens eſt, ut arma militaria more laicorum geſtent, ita nimirùm inhoneſtũ, & valde indecorum eſt, ut alterius propoſiti indumenta ſibi imponant. Habitus namque ſingulorum ordinum iccirco in Eccleſia ab inuicem diſcreti ſunt; vt his viſis, cuius ſit propoſiti geſtans, vel in qua profeſsione Domino militet, liquidò cognoſcatur. Nam & Domini lege vir muliebrem, & mulier virilem prohibetur induere ueſtem, ſcilicet vt vterq; ſexus ſibi conuenienti ueſte indutus incedat. Sicut enim turpe eſt virum ueſtem muliebrem induere, ita ualde indecorum eſt canonicum ueſtem monaſticam induere, niſi tamen cum ueſte etiam propoſitum uoluerit aſſumere. Et quia huiuſmodi vſus nulla authoritate probatur, ſed potius ab his, qui ſanum ſapiunt, meritò reprehenditur, & repudiatur, oportet ut, ab hinc ne fiat, penitus inhibitum ſit: hoc itaque ſtatuit concilium. Quamobrem ſi ſancti Apoſtoli inſtituendis, & Diuus Auguſtinus reformandis, inſtaurandiſue canonicis clericis ſuis cucullam, ſiue aliud quiduis Monaſtici habitus imponendum his minimè puta-

uere;

uêre; quin etiam prohibuêre, ſi idem, qui hos tempore conſecuti ſunt, deinceps Patres cùm permulti alij, tùm verò Petrus Hugo, & Pontifex Benedictus, de quibus ſatis, ſupérque anteà dictum eſt à nobis, conſtituêre, tradidêréue; ſi præterea hoc ipſum, quaſi iure quodam communi conſtituto, doctores omnes ſententia ſua confirmauêre; ſi longior, atque perpetuus iam inde à prima origine canonicorum omnium, atque noſtrorum Bononienſium vſus omnia patrum illorum decreta, regulas, conſtitutiones, atq; præcepta (nulla vnquam ſumpta monaſtica cuculla, ſiue ſcapulari, ſed ſola, ac pura tunica linea habitu canonico induta) comprobauit, obſeruauítque; ſi nullo vnquam tempore cucullam, ſiue quiduis aliud eiuſmodi monaſticum canonici accepêre, niſi ſi fortè aliquando, quam ſua ſponte à monachis perperam ſuſcepiſſent, hanc ob violatam prioris profeſſionis ſuæ fidem à patribus vindicibus irrogatã pœnæ cauſa retinuêre; ſi ſuprema authoritate, eximia doctrina, ac ſumma exiſtimatione Pont. Max. Iulius II. Paulus IIII. Pius ſimiliter IIII. hũc in nobis ipſis cucullæ, ſiue ſcapularis abuſum noſtris ẽt temporibus reprobauêre, atq; tollendum cenſuêre; ſi deniq; canonicos

Monachorum cucullas contra ius, et fas vſurpantes tàm celebre, tàm graue, & Pontificia ſimul, atq; Imperatoria authoritate in primis ſuffultum Aquiſgranenſe, de quo latius proximè diximus, concilium emendandos, atque erratum iſtud in perpetuum tanto ſtudio, atque animi ardore ſubmouendum, corrigendúmque, quanto nihil aliud tum ſtatuendum decreuiſſe perſpicitur; illud profectò conſequi videtur contra Pontificum omnium ſanctiones, Conciliorum conſulta, vſúmque vniuerſi canonici ordinis perpetuum, atq; approbatum, monaſticam cucullam, ſiue ſcapulare (vndecunq; irrepſerit) canonicæ tunicæ lineæ ſuperimponi minimè oportuiſſe, videlicet in detrimentum, & confuſionem canonici ſimul, ac monaſtici nominis, ne in illius quoq; dedecus, & ignominiam dicamus. Contra verò, ſi quod nec ſanctorum ſcriptorum authoritate, nec conciliorum ſtatutis, nec uniuerſæ eccleſiæ nititur conſuetudine, & comprobatur: id ſi fortè temere quandoque vſpiam irrepſerit, etiam ſi nihil catholicæ fidei repugnare videatur, reſcindendum tamen ſine dubio, cùm primùm innotuerit, et facultas tulerit, atque tollendum eſt, vt ex Auguſtini uerbis colligas, quæ etiam adducuntur diſt.12.

Om-

Omnia. atq; huius quidem ſententiæ rationem Nicolaus Pont. Max. affert eam, quòd prauæ conſuetudinis, ſi diutius ferantur, in priuilegijs ius ab impijs hominibus conuertantur, & quaſi leges venerari, ac priuilegia celebrari incipiant, ut refertur ſuperiori diſt. 8. Mala autem: nunc planè à Domino noſtro non ſolùm Pont. Max. verùm etiam Patre ſanctiſsimo, iuſtiſsimo, ſapientiſsimóq; comprobandum, & collaudandum patrum noſtrorum decretum eſt, qui ratione, & Pontificia authoritate ſibi iam inde à condita congregatione ab Apoſtolica ſede conceſſa, & in hunc vſque diem ritè comprobata freti, & uniuerſæ eccleſiæ ſententiam, atq; decreta ſecuti cucullam ordini noſtro canonico abrogandam, & puram, atque integram tunicam lineam priſcum, atque legitimum illius habitum reſtituendam conſtituêre.

FINIS.



FERRARIÆ,

Apud Victorium Baldinum Typogrophum Ducalem. M. D. LXXXV.

INDEX

SENTENTIARVM,

ET RERVM NOTABILIVM.

A

AB Apoſtolis inſtituti fuerunt Canonici. 53
Ab Apoſtolis inſtituti ſunt Canonici æquè vt Monachi. 44
Ab Auguſtino Canonici ſunt redintegrati. 51
Ab Apoſtolis eſt Canonicorum Regularium inſtitutio. 32
Ab Apoſtolica regula Canonicorum ordo traxit originem. 74
A Benedicto Monachi reſtituuntur. 51
Accidentalis habitus qui ſit. 52
Accidens idem alteri eſſe non poteſt, quod vni ſubſtantia ſit. 71
A Canone Apoſtolorum Canonici Clerici dicti ſunt. 82
Actiones firmitatem accipiunt à Romano Pontifice. 96
Ad Aloyſium Eſtenſem Card. gratulatio. 5
Ad eundem Aloyſium de reſtituendo ordine cohortatio. 18. & 10

Adhortatio de ſcribendo à quo profecta. 5
Aegyptijs Triſmegiſtus leges dedit. 97
Affinitas habituum Monachorum, & Canonicorum. 54
Affectus Gonzagæ Card. in Ordinem. 9
Aloyſij Eſtenſis Card. laus. 14. & 18
Aloyſius Lippomannus Eps Veronenſis laudatur. 109
Alia tempora alios mores ferunt. 97
Aliquid competit alicui ſub diuerſa ratione. 71
Almutia, mantelum &c. communia ſunt veſtimenta. 52
Alphonſi Carafæ Card. laus. 109
Amphion Thebanis leges dedit. 97
Antiquæ Religiones, & approbatæ quæ ſint. 83
Apoſtatis pœna imponitur à iure. 63
Apoſtata dicitur, qui monaſterium ſuum deſerit. 49
Apoſtata cenſetur, qui profeſſionis habitum dimittit. 49
Apoſtoli primò tunica linea vſi ſunt. 30
Apoſtolorum regula quæ fuit. 80
Apoſtolica vita quæ fuit. 81
Apoſtolicam vitam, cōmunem vitā interpr ætati ſunt. 81
Apoſtoli varias ad mundi partes miſſi: quiq;. 46
Appellatione Fratrum qui veniant. 80
A Regularibus differunt Canonici Seculares. 38
A quibus, & quando Mendicantium, Eremitarum, & Carmelitarum Ordines fuerunt introducti. 84
Auguſtini Iſnardi memoria. 6
Auguſtinus reformauit, quod Sancti Apoſtoli inſtituerunt. 115
Authoris gratulatio ad Aloyſium Eſtenſem Card. 15
Authoris fides in Aloyſium Eſtenſem Card. & Religionis prodefenſorem acerrimum. 14. & 18
Authoris cohortatio ad Aloyſium Eſtenſem Card. de reſtituendo Ordine. 18. & 20
Authoris excuſatio de Latio ſermone non adhibendo. 26

Authoris intentio his in libris. 25
Author Canonicorum Regularium quis fuit. 85
Authoritate diuina Canonicorum inſtitutio eſt, & habitus, & natura. 28
Authoritati vſus cedit. 117

B

BAſilij, Benedicti, & Auguſtini regula approbata. 81
Beatus Iacobus Hieroſolomitanus Archiepiſcopus primus. 31
Biſariam profeſſio ſumitur. 62
Birrum, & tunica linea solùm ſunt habitus Canonicorum. 35
Binæ Canonicorum virorum, & Canonicarum mulierum regulæ. 124
Bonum eſt caſtitatis præmium. 65
Breuitate gaudent moderni. 59

C

CAnonici origine, & dignitate Monachos præceſſere. 50
Canonici ab Auguſtino redintegrati. 51
Canonici æquè, vt Monachi ab Apoſtolis inſtituti. 44
Canonicorum habitus hodiernus. 53
Canonicorum, & Monachorum habituũ ſimilitudo. 54
Canonici vndè dicantur. 82
Canonicorum Regularium veſtes quæ ſint. 89
Canonici ne incedant cucullati prohibetur. 90
Canonicis datur loco pœnitentiæ cuculla. 105
Canonicis conceditur, vt Monachi fiant, cùm publicè lapſi ſunt. 106
Canonicus habitus, & Regularis qualis ſit. 27
Canonicorum inſtitutio, & habitus eſt authoritate diuina inuentus. 28
Canonicorũ Regularium inſtitutio ab apoſtolis eſt. 32

Canonicis conuenit tunica linea, quæ nobilior, & antiquior lanea, quæ Monachis attribuitur. 28
Canonici Apoſtolorum tempore percelebres, & illuſtres erant. 33
Canonici Regulares habitũ ſuũ appellant Rocchettũ. 37
Canonici Seculares à Regularibus differunt. 38
Canonici centum annos ante Benedictum, & Auguſtinum ſunt ordinati. 51
Canonici Regulares inter Clericos computantur. 75
Canonici Regulares, & Monachi ad paria tenentur; & quomodò id intelligatur. 76
Canonicorum nomen vbi primùm auditum. 77
Canonici canonicè viuentes diuinæ ſcripturæ doctrinam obſeruare tenentur. 78
Canonici dicti ſunt Clerici regulares. 81
Canonicæ mulieres Regulares, & Canoniſſæ, & Moniales vocantur. 82
Canonici quando Regulares dicti. 84
Canonicorum Regularium quis author fuerit. 85
Canonicorum Regularium veſtes. 89
Canonicis cuculla non conuenit, nec Monachis Rocchettus. 109
Capa vnde dicta. 41
Capa, mantelum, &c. cõia ſunt veſtimenta. 52
Capitium, Rondellus, &c. ſunt cõia veſtimenta. ibid.
Caſtitatis præmium bonum eſt. 63
Cauſſa habitus hoc ſcribitur opus. 9
Cedit conſuetudo veritati. 117
Cedit error veritati. ibid.
Cedit vſus authoritati. ibid.
Clericis, & Epis quæ veſtis interdicatur. 125
Clericorum omnium communis vſus perpetuus. 31
Clerici non debent vti cuculla. 72

Clerici

Clerici Religioſi nuncupantur Canonici Regulares. 81
Clerici Canonici à canone Apoſtolorum dicti. 82
Cohortatio authoris ad Aloyſium Eſtenſem de reſtituendo ordine. 18. & 20
Commendatio Franciſci Gonzagæ Card. 5
Comici vſurpatio: Dictum, aut tactum puta. 19
Commiſeratio de Franciſci Gonzagæ morte. 8
Conſtitutioni generali non præiudicat, nec præponitur paucorum ſententia. 104
Conſtitutiones tres Canonicorum Regularium. 87
Communia veſtimenta quæ ſint. 52
Conſuetudo cedit veritati. 117
Contraria ſimul ineſſe non poſſunt. 27. & 66
Contrariorum eadem eſt diſciplina. 26
Cotta quæ ſit. 55
Cotta, Rocchettus, &c. primus eſt Canonicorũ habitus. 28
Cotta linea eſt Clericorum habitus. 36
Cuculla, & Scapulare eſt habitus Monaſticus. 38
Cuculla quæ ſit. 41
Cuculla, Floccus, &c. Monachorũ habitus eſſentialis. 58
Cuculla datur Canonicis loco pœnitentiæ. 105
Cuculla prohibetur Canonicis. 137
Cuculla ordini Canonico eſt habitus alienus. 23
Cuculla ex Benedicti regula patet. 39
Cuculla, Floccus, & Scapulare ſunt ſinonyma. ibid.
Cur Scapulare ſic vocetur. 42

D

DEſerens monaſterium ſuum Apoſtatis ſuſpicione notatur. 42
Deſerens profeſſionis habitum Apoſtata nuncupatur. 42
Diligentia patrum de reſtituendo ſæpius ordine. 23
Dilemma Pauli Pont. Max. 108
Diuerſitas habituum ſcandalum in Eccleſia generat. 69

Diuerſitatis habituum quæ ratio detur. 54
Diuerſa vota non coaptantur. 69
Domini opera omnia bona ſunt. 120
Duæ formæ eſſentiales vni rei ſimul ineſſe nõ poſſunt. 66
Duo genera indumentorum natura ſeiuncta. 27
Dupliciter profeſſio dicitur. 61

E

ECcleſiæ Romanæ eſt Canones condere. 25
Elocchia, ſeu Rondellia. 21
Epilogus operis. 138
Error cedit veritati. 117
Eſſentialis Monachorum habitus qui ſit. 50
Eſſentiales formæ duæ ſimul vni rei ineſſe nequeunt. 66
Eſtenſis familiæ decus quod ſit. 14
Eſt nihil perfectum in rebus humanis. 4

F

FOeminis prohibetur veſtium cultus. 136
Fides authoris in Aloyſium Eſtenſem Card. 14. & 18
Fidei hoſtis cenſetur, qui pertinacius contra Concilia tenet. 25
Floccus qui ſit. 42
Floccus, Cuculla, & Scapulare ſunt ſinonyma. 29
Forma Rocchetti quæ ſit. 55
Formæ veſtium. ibid.
Forma dat eſſe rei. 61
Formæ duæ eſſentiales ſimul vni rei ineſſe nõ poſſunt. 66
Franciſci Gonzagæ laus. 5. & 8. & 110
Fratrum appellatione qui veniant. 80

G

GEnera duo indumentorum natura ſeiuncta. 27
Gemina cuculla nemo, nec linea tunica ſimul vti debet. 72
Generat in Eccleſia ſcandalum diuerſitas habituũ. 69

Gene-

Generali conſtitutioni paucorum ſententia non præiudicat, nec prçponitur. 104
Gratulatio authoris ad Aloyſium Eſtenſem Card. 15

H

HAbitus Clericorum eſſentialis qui ſit. 30
Habitum profeſſionis deſerens apoſtaſiæ nomine notatur. 49
Habitus Monachorum eſſentialis qui ſit. 47. & 50
Habitus accidentalis qui ſit. 52
Habitus Canonicorum perpetuus qui ſit. ibid.
Habituum Canonicorum, & Monachorũ ſimilitudo. 54
Habitus non facit Monachum, ſed profeſſio regularis. 61
Habitus ſingulorum Ordinum cur diſcreti. 61
Habitus impediens, & dirimens matrimoniũ, qui ſit. 65
Habitus Canonicus, & Regularis quid ſit. 27
Hippolyti Eſtenſis Card. memoria. 10. & 14
Hoſtis fidei cenſetur, qui pertinacius contra Concilia tenet. 95

I

IAcobus Apoſtolus Hieroſolymorũ antiſtes primus. 30
Ieſualdi laus. 18. & 21.
Ignorantiæ defertur aliquando. 138
Imperatoris Ludouici pietas, & religio. 131
In fluxu veſtium peccatum haud deeſt. 135
In humanis rebus nihil eſt perfectum. 4
Inſtitutio Canonicorum vnde. 28
Intellectus à Deo hominibus eſt attributus. 71
Intelligentia, & ſcientia ſtudioſis omnibus nihil ſuauius, nihilq; iucundius. 60
Intentio authoris his in libris. 25
Iulij II. Pont. Max. laus, & iudicium. 111

Laus

LAVS Aloyſij Eſtenſis Card. amplıſs. 14. & 18
Aloyſij Lippomani Epiſcopi Veronæ. 109
Alphonſi Caraffæ Card. amplıſs. 109
Auguſtini Iſnardi. 16
Franciſci Gonzagæ Card. amplıſs. 5
Hippolyti Eſtenſis Card. amplıſs. 10
Iulij II. Pont. Max. 111
Ludouici Imperatoris. 131
Pij IV. Pont. Max. 110
Lege Pontificum cautum eſt, ne vir muliebrem, nec mulier virilem induat veſtem. 67
Lex, & ratio vincit prauum vſum. 117
Lex naturæ aliarum legum fons, & origo. 61
Leuitæ linea tunica ſub veteri lege vtebantur. 74
Licurgus Lacedemonijs leges dedit. 97
Linum, & lana Canonicorum, & Monachorum habitum diſcrepare faciunt. 51

M

MAntelum, Rondellus, &c. ſunt communia veſtimenta. 52
Memoria Hippolyti Eſtenſis Card. 10
Mendicantes olim errones vocabantur. & cur. 84
Marcus Euangeliſta Archiepiſcopus Alexandriæ. 31
Miſericordiam meret, qui ignoranter facit. 118
Modus veſtium, quibus Canonici vti debent. 115
Monachi æquè vt Canonici ſunt ab Apoſtolis inſtituti. 44
Monachis non licet interdiù vigilare, nec in lectulo cubare ſine profeſſionis habitu. 42
Monachorum habitus eſſentialis qui ſit. 50
Monachi à Benedicto redintegrantur. 51
Monachi in arctiore ſunt regula, quàm Canonici. 53
Monachorum, & Canonicorum habituum affinitas. 54
Monachi vnde Regulares dicti. 82

Monachorum ſtipendia quæ ſint. 124
Monachi etiam nocte dormientes cucullas induant oẽs 45
Monaſteria ex familia D. Saluatoris oriunda. 100
Monaſticus habitus ſimpliciter cuculla nuncupatur. 45
Monaſticus habitus tres formas cõpræhendit: & quæ. 45
Mors Franciſci Gonzagæ defletur. 8
Moyſes Leuitis tunicam lineam dedit. 74

N

NAzaræi qui dicantur. 32
Ne accidens quidem in ſubſtantia conuerti põt. 70
Nec Epiſcopis, nec Clericis vti licet precioſis veſtibus. 125
Nemo contra votum ſuum venire poteſt. 64
Neque ſpurij, neque ſerui debent promoueri. 35
Nemo gemina cuculla, nec linea tunica ſimul vti debet. 71
Nihil eſt perfectum in rebus humanis. 4
Nomen Canonicorum vbi primùm auditum. 77
Non cooptantur diuerſa vota. 69
Non ſolùm de habitu Canonico, ſed de monaſtico ẽt agitur; & cur. 6. & 7

O

OMnis Eccleſia habere debet ſumptus communiter viuendi. 124
Omnia in tem pore ſuo probantur. 121
Omnium rerum fit tempore commutatio. 97
Omnia opera Domini bona exiſtunt. 120
Opus duos in libros diuiſum. 6
Operis epilogus. 138
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. 26
Ordo Canonicorum Regularium ab Apoſtolica regula trahit originem. 74
Ordo quiſq; ſuũ habet peculiarẽ profeſſionis habitũ. 61
Ordinis eſſentialia quæ ſint. 68
Ordo Canonicus nobiliſſimus. 11

P

PAtrum diligentia de reſtituendo habitu Canonico. 23
Paulus IV. Pont. Max. laudatur. 108
Pauli IV. Pont. Max. dilemma. ibid.
Perfectum eſt nihil in rebus humanis. 4
Pœna Apoſtatarum quæ ſit. 63
Perpetuus Canonicorum habitus qui ſit. 52
Petrus Apoſtolorum princeps. 45
Pietas, & religio Ludouici Imperatoris. 131
Pij IV. Pont. Max. ſententia. 110
Pius IV. Pont. Max. laudatur. ibid.
Pontificalis Eccleſiaſticus liber. 35
Prauum vſum & lex, & ratio vincit. 117
Prædicatorum, & aliorum mendicantium ordo. 50
Profeſſionis habitus qui ſit. 65
Profeſſio dupliciter conſideratur. 62
Profeſſionis vis, atque virtus. ibid.
Profeſſio regularis facit Monachum, ſed non habitus. 61
Profeſſis non licet interdiù vigilare, nec in lectulo cubare ſine profeſſionis habitu. 42
Propoſitio authoris quæ futura ſit. 26

Q

QVando lineis vti non licet Monachis. 72
Qua parte anni cuculla viloſa, & ſcapulare ſufficiant. 39
Quæ ſit cuculla. 41
Quæ ſint communia veſtimenta. 52
Quæ ratio eſſe poſſit diuerſitatis habituum. 54
Quæ ſit Cotta. 55
Quæ ſit pœna Apoſtatarum. 63
Quæ ſint ordinis eſſentialia. 68
Quæ ſint regularium veſtes, & ſupellectilia. 89
Quæ perſonæ ſine chriſtianorũ cõmunione maneant. 63

Quæ fuit Apoſtolorum regula. 50
Quæ fuit Apoſtolica vita. 81
Quæ ſint de ſubſtantia monachatus. 68
Qui ſit Floccus. 41
Quid ſit Scapulare. ibid.
Qui ſit habitus Monachorum eſſentialis. 50
Qui ſit habitus perpetuò Canonicis attributus. 52
Quiſque ordo ſuum habet peculiarem profeſſionis habitum. 61
Qui ſit habitus impediens, & dirimens matrimoniū. 65
Quod vni ſubſtantia eſt, idē alteri accidens eſſe non pōt. 71
Qui audit Pontifices Romanos, Chriſtum audit. 25
Quibus de rebus ſit dicturus proponit. 4
Quid ſit Cotta. 51
Quomodo Rocchettus ſit factus. ibid.
Qui per annum Monachalem habitum geſtauerit, regulam ſecundum formā ordinis profiteri debet. 64
Qui habitus Canonicis, & qui Monachis conueniat. 71
Quod ſancti Apoſtoli inſtituerunt, D. Auguſtinus redintegrauit. 121
Quod ſenſu percipitur, id verò accidens eſt. 71

R

Ratio excludit conſuetudinem. 117
Ratio, & lex vincit prauum vſum. ibid.
Raphaelis Volaterani laus. 39
Ratio 1. à naturæ lege. 61
Ratio 2. ab inſtitutione. 65
Ratio 3. à reformatione. 68
Ratio 4. à regula, ſeu conſtitutione. 88
Ratio 5. à præcepto, ſeu traditione. 98
Ratio 6. à iure communi. 98
Aatio 7. ab exemplo communi, ſeu ab vniuerſo vſu. 100
Ratio 8. ab ignominia. 104

Ratio 9. ab authoritate. 108
Ratio 10. ab exemplo, vſuq́; peculiari. 113
Ratio 11. à definita Eccleſiæ ſententia. 119
Ratio diuerſitatis habituum quæ eſſe poſſit. 54
Regularium inſtitutio vnde. 32
Regularium veſtes, quæ ſint. 89
Religio, pietasq́; Ludouici Imperatoris. 131
Religioſi Clerici ſunt dicti Regulares Canonici. 81
Religioſorum bona ſunt communia. ibid.
Religiones antiquæ, & approbatæ quæ ſint. 83
Rocchettus quomodo ſit factus. 55
Rogintur aduerſarij, vt attentè legant. 27
Rocchetti forma. 55
Romanæ Eccleſiæ eſt canones condere. 95
Rondelli verbo quid ſignificetur. 42

S

SCapulare quod ſit. 42
Scapulare, & Cuculla eſt habitus Monaſticus. 58
Scandalū in Eccleſia generatur ex diuerſitate habituū. 69
Scapulare multis nominibus appellatur. 26
Sententia paucorum non præiudicat, nec præponitur Conſtitutioni generali. 104
Similitudo habituum Canonicorum, & Monachorū. 54
Soli Monachi Cucullis vti debent. 67. & 113
Spurij, & ſerui non poſſunt promoueri. 55
Stipendia Monachorum quæ ſint. 124
Studium Patrum in reformando habitu. 12
Sub Floco Scapulare non eſt ponendum: & cur. 41
Sub tantia ipſa nunquam non ſubſtantia eſt. 70
Supellectilia Canonicorum quæ ſint. 89
Superpelliceum, Cotta, &c. Canonicorum habitus eſt eſſentialis. 57

T

Thebanis leges Amphion dedit. 27

Toga linea debet à Canonicis deferri tàm intra, quàm extra Monaſterium. 94

Triſmegiſtus Aegyptijs leges ordinauit. 27

Tunica, mantelum, &c. ſunt coia veſtimenta. 52

Tunica linea eſt eſſentialis Canonicorũ habitus. 57

Turpe eſt, Canonicum monaſticam induere veſtẽ. 67

V

VEritati cedit conſuetudo. 117

Veritati cedit error. ibid.

Veritas excludit conſuetudinem. ibid.

Veſtis præcioſa prohibetur Clericis. 36

Veſtimenta communia quæ ſint. 52

Veſtium formæ. 55

Veſtes Canonicorum Regularium quæ ſint. 89

Veſtis, quæ Clericis, & Epiſcopis interdicitur. 115

Veſtes, quæ præmiſſæ ſunt Canonicis. 136

Vis profeſſionis. 62

Vna quæq; Eccleſia debet habere ſuos ſumptus communiter viuendi. 124

Vnus quiſque maneat in vocatione, in qua vocatus ẽ. 82

Vſus authoritati cedit. 117

I N D E X

ROMANORVM PONTIFICVM, Conciliorum, Patrum, & Doctorum, ex quibus hoc opus compilatum cernitur.

Alexander III. Pont. Max.
Anacletus I. Pont. Max.
Arelatenſe Concilium.
Aquenſe, ſeu Aquiſgranēſe Concil.
Auguſtinus Eccleſiæ Rom. Doctor.
Auguſtinus Ticinenſis.
Benedictus Abbas Caſſinas.
Benedictus XII. Pont. Max.
Bonifacius VI. Pont. Max.
Cabilonenſe Concilium.
Calliſtus III Pont. Max.
Clemens III. Pont. Max.
Clemens V Pont. Max.
Carthaginenſe Concilium.
Dionyſius Areopagita.
Educenſe Concilium.
Eugenius IV. Pont. Max.
Exodus veteris ſcripturæ liber.
Philo Hebræus.
Gratianus Doctor Decret.
Gregorius VII. Pont. Max.
Gregorius IX. Pont. Max.
Gregorius X. Pont. Max.
Hiſpalenſe Concilium.
Hieronymus Eccl. Rom. Doctor.
Honorius III. Pont. Max.
Hoſtienſis Doctor Decret.
Hugo de Sancto Victore.
Hugo Nicoſienſis.
Ioannes Andreas Doctor Decret.
Ioannes Caſſianus.
Innocentius III. Pont. Max.
Iſidorus.
Iuuenalis.
Lateranenſe Concilium.
Lateranenſis prior ſynodus.
Leuiticus veteris ſcripturæ liber.
Liboſus ab Agraria.
Lugdunenſe Concilium.
Martinus V. Pont. Max.
Martialis.
Mocontiane Concilium.
Nicephorus Calliſti.
Nicolaus I. Pont. Max.
Pelagius I. Pont. Max.
Petrus Damianus.
Petrus Rauennas.
Pontificalis Pontificiorũ rituũ liber.
Remenſe Concilium.
Senenſe Concilium.
Thomas Angelicus Eccl. Doctor.
Toletanum Concilium.
Tribunenſe Concilium.
Turonenſe Concilium.
Turonica ſecunda ſynodus.
Vienenſe Concilium.
Vincentius Hiſtoriographus.
Virgilius Poeta Heroicus.
Vrbanus II. Pont. Max.

I N D E X.

Quæ hoc in opere digna correctione videbantur, quæ potuimus maiori diligentia collecta, hac ſerie præponuntur.

Erro:	*Corr:*	*Pag.*	*Lin.*
verò paternum	verè paternum	15	13
defenſeone	defenſione	21	2
Dijs immortalibus	Deo immortali	21	19
abrutam	abruptam	19	14
poculo	populo	30	8
ſiguificantius	ſignificantius	34	8
Andræas	Andreas	34	vlt.
Andræas	Andreas	39	10
Andræas	Andreas	40	vlt.
in verbum	in verbo	4	11
qni	qui	43	19
vitæ	vita	46	20
in verbum	in verbo	41	1
miſterijs	myſterijs	54	23
ꝙ Dominò	quod Domino	64	10
ſnnt	ſunt	53	3
illeſam	illæſam	55	5
ſed calidus eſt	ſed quia calidus eſt	71	4
Rannenatem	Rauennatem	77	11
habent	habet	55	14
quæ	qua	62	8
in verbum illud	in verbo illo	68	10
accedat	accidat	72	14
ſuper verbum	ſuper verbo	69	17
tunicum	tunicam	74	1
prolabentem	prolabens	83	4
hance	hancce	96	11
redintegratione ue	redintegratione'ue	91	3
diſpopnendarum	diſponendarum	95	vlt.
Trimegeſtus	Triſmegiſtus	97	18

I N D E X.

Erro:	*Corr:*	*Pag.*	*Lin.*
elegi poſſunt	eligi poſſunt	99	10
eàmq;	eamq;	99	20
dilemate	dilemmate	108	23
camitia	comitia	110	11
iuterim	interim	110	vlt.
Salamonis	Salomonis	120	12
compropabantur	comprobabantur	121	2
hoſpitalijatem	hoſpitalitatem	130	9
Epiſcopus	Epiſcopis	123	12
àduenticiæ	aduentitiæ	115	10
blasfemus	blaſphemus	118	13
iuditijs	patet indicijs	135	9
ſecundrum	ſecundum	130	vlt.
calciamenta	calceamenta	137	7
ſaçerdotijuc	ſacerdotij ùe	119	3

Errores marginei corrigendi.

ſepeleſti	ſupellecti	89
argum.	argutum	108
Hudo	Hugo	88
dilema	dilemma	108
Regelares	Regulares	81
Regalares	Regulares	82
Monnaſticus	Monaſticus	27

65	73	*Erro.*	*Cor.*
68	76	69	76
72	80	110	100

Ad pium Lectorem.

Si quæ fortè alia fuerint errata, aut dicta, quæ animum tuum offendant, à te petimus, vt æqui, boniq; conſulas.

Superioribus permittentibus.

ILLVSTR.^{MO} PRINCIPI,

ET CARDINALI AMPLISS.

ALOYSIO ATESTIO

ALEXANDER CANALIVS *Canonicus Ferrar. incolumitatem, & perpetuam felicitatem.*

CVM Iacobus Lebetius, Patrone amplisſime, iam ſenio confectus animã paulò antè ageret, iampridemq; mecum ipſe cõmunicaſſet, ſe Tibi, quam de canonico, ac regulari habitu lucubratiunculam conſcripſerat, eſſe temporis illius momento, quod naturæ diſſolutio eſt conſecuta, dicaturum, à me ſummis precibus contendit, vt

eam omni adhibita cura, & diligentia typis excu dendam curarem. Ego ſanè, qui religioſi illius viri, mihiq; non mediocri affinitate coniuncti ſingulares virtutes, & optimos mores ſemper dilexi, ſumq; non parùm veneratus, pollicitus ſum me, quod ipſe in optatis habebat, libenti animo executurum, non amici, atque affinis tantùm cau ſa, quem vita functum quoque magnifacere non conquieſco, ſed etiam, vt ex hoc ſuſcepto labore mihi occaſio Te humiliter ſalutandi daretur. Nunc in lucem ſub tuo potētiſsimo nomine ſuæ religionis iura, quæ hac tractatione continentur, eius verbis (vt par eſt) amplitudini tuæ dedicantur, cui grata fore confido, præſertim quòd ab homine Tibi deditiſsimo, de humanioribusq; litteris, & diuinis bene merito, maximis dignitatibus, maximisq; honoribus in ſua R.P. non ſemel ſumma cum laude perfuncto proficiſcantur, & emanent. Quamobrem Cardinalis ampliſs. Te pro tua ſingulari humanitate, hæc vt libenter accipias, enixè obſecro, patiareq; (rogo) vt Lebetij memoria, qui Te ſemper, dum vixit, in ore habuit, aſsiduè apud Te vigeat, meiq; pariter non Te capiat obliuio. Et cùm natura ſis mihi Prin-

ceps,

ceps, & Dominus, hoc velim, ſic de me ſtatuas, atque exiſtimes, nihil tam arduum, tamq; difficile vnquam fore, quod voluntas, animusq; meus (Te iubente) aggredi non audeat. Hæc de me pauca ſcripſi, non ſolùm teſtificandæ obſeruantiæ ſummæ erga Te meæ, qua Te à puero ſum proſecutus, ſed vt tua etiam in me vel innumerabilia beneficia à me quotidie recenſeri Tibi ſignificarem. Si igitur (vt ſpero) munuſculnm hoc qualecunq; ſit aliquo loco habere non grauaberis, hoc tuæ incredibili benignitati, ac liberalitati acceptum referam, eximiamq; abs Te gratiam me conſecutum fuiſſe gloriabor. Vale totius orbis terrarum decus, ſanctiſsimiq; iſtius ſenatus ornamentum, ac ſplendor. Datum Ferrariæ, anno à partu Virginis M. D. LXXXV.